


BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
37
32 A
24

TERZO QUARTO E QUINTO

LIBRO


DEGLI ANNALI

DI

C. CORNELIO TACITO

OPERE
DI
C. CORNELIO TACITO
VOLGARIZZATE
DA GIUSEPPE PETRUCCI
DELLA COMPAGNIA DI GESÙ

PROFESSOR GIUBILATO DEL COLLEGIO ROMANO
NELLA CLASSE DELL' ELOQUENZA



TOMO II.



ROMA
NELLA STAMPERIA DE ROMANIS
MDCCCXV.
Con Licenza de' Superiori.

IMPRIMATUR,

Candidus Maria Frattini Electus Archiep. Philipp. Vicesgerens.

APPROVAZIONE

Spiccano in questo Secondo Tomo della traduzione di Tacito fatta dal peritissimo P. Giuseppe Petrucci della Compagnia di Gesù gli stessi pregi di chiarezza, esattezza, nitidezza di stile, ed erudizione che sono nel primo già dato alla luce. Questo è il giudizio, che ne ho formato in leggerlo, e considerarlo, per eseguire la commissione datami. Tanto è lungi, che in esso alcuna cosa vi abbia ritrovato contraria alla fede, e buon costume, che anzi lo giudico assai utile per gli amanti della storia, e letteratura.

Roma il dì 17. Febraro 1815.

Michele Belli Arcivescovo di Nazianzo.

BREVIARIUM
LIBRI TERTII.

I. Agrippina cum Germanici reliquiis Brundisium, inde Romam pervenit. Eæ tumulo Augusti illatæ, et funus ductum. VII. Drusus in Illyricum rursus proficiscitur. VIII. Cn. Piso, cum Romam rediisset, veneni et majestatis postulatur. Dicta causa, cum omnia infensa et infesta experiretur, manus sibi adfert. XX, Tacfarinas bellum in Africa renovat, quod opprimitur a L. Apronio, proconsule. XXII. Lepida Aemilia adulterii et veneni defertur, et damnatur. XXV. Papia Poppæa lex, ad id tempus asperius exercita, mollitur a Tiberio, et nexus ejus exsolvuntur. Legum initia et vices. XXX. L. Volusii et Sallustii Crispi, insignium virorum, obitus. XXXI. Tiberius in Campaniam concedit. XXXII. Iterum Africam incurrit Tacfarinas: cui tutandæ Junius Blæsus deligitur. XXXVII. Equites aliquot Romani majestatis damnantur. XXXVIII. Thracum discordia. XL. Galliarum civitates rebellant, ducibus Sacroviro et Julio Floro. At infeliciter. A legionibus Germanicis copiæ earum cæsæ: et ipsæ ad vetus jugum retractæ. XLIX. C. Lutorius, eques, majestatis damnatus, et in carcere examinatus. LII. Cura luxus coercendi cœpta et omissa. LVI. Drusus tribuniciam potestatem accipit. LVIII. Flamen Dialis vetitus provinciam sortiri. LX. Asyla Græcorum lustrata et repurgata. LXVI. C. Silanus repetundarum et majestatis damnatus. LXXIII. Tacfarinatem Junius Blæsus proturbat et fratrem ejus capit. LXXV. Mortes illustres et funera.

SOMMARIO
DEL LIBRO TERZO.

I. Arrivo d'Agrippina in Brindisi, poi in Roma: ceneri di Germanico riposte nel sepolcro d'Augusto: funerale fatto. VII. Druso parte di nuovo per l'Illiria. VIII. Pisoue tornato a Roma è accusato di veleno e di Maestà. Trattata la causa vedendo che tutto congiura a suo danno s'uccide. XX. Guerra rinnovata nell' Africa da Tacfarinate, e repressa da L. Apronio proconsole. XXII. Lepida Emilia accusata di adulterio e di veleno è condannata. XXV. Tiberio modera la legge Papia Poppea troppo aspramente esercitata fino a que' tempi, e ne scioglie i dubbj. Origine e vicende delle leggi. XXX. Morte di due insigni personaggi, L. Volusio e Sallustio Crispo. XXXI. Tiberio si ritira nella Campania. XXXII. Nuova scorreria di Tacfarinate nell' Africa: Giunio Bleso scelto a difenderla. XXXVII. Alcuni cavalieri Romani condannati per aver dato falsa querela di maestà. XXXVIII. Discordie nella Tracia. XL. Ribellione infelice delle città delle Gallie stimolate da Giulio Sacroviro e Giulio Floro. Le legioni Germaniche trucidano le loro truppe; esse ritornano sotto il giogo antico. XLIX. C. Lutorio cavaliere condannato di maestà è ucciso in carcere. LII. Premure per frenare il lusso intraprese e lasciate. LVI. Druso riceve la potestà tribunicia. LVIII. Si vieta al Flamine Diale l'andar in provincia. LX. Asili de' Greci esaminati e moderati. LXVI. C. Silano condannato di concussione e di maestà. LXXIII. Giunio Bleso batte Tacfarinate, e fa prigioniero suo fratello. LXXV. Morti e funerali di persone illustri.

Hæc triennio gesta.

An. U. C.	*Ær. Chr.*		
DCCLXXIII.	20.	*COSS.*	*M. Valerio Messala.* *C. Aurelio Cotta.*
DCCLXXIV.	21.	*COSS.*	*Tiberio Augusto IV.* *Druso Cæsare II.*
DCCLXXV.	22.	*COSS.*	*D. Haterio Agrippa.* *C. Sulpicio Galba.*

Comprende tre Anni.

Anni di Roma, di Cristo

DCCLXXIII.	20. CONSOLI	M. Valerio Messala. C. Aurelio Cotta.
DCCLXXIV.	21. CONSOLI	Tiberio Augusto IV. Druso Cesare II.
DCCLXXV.	22. CONSOLI	D. Aterio Agrippa. C. Sulpicio Galba.



Agrippina cum Germanici reliquiis Brundisium, inde Romam pervenit. Ex tumulo Augusti illatæ, et funus ductum.

I. *Nihil intermissa navigatione hiberni maris, Agrippina Corcyram insulam advehitur, litora Calabriæ contra sitam. Illic paucos dies componendo animo insumit, violenta luctu, et nescia tolerandi. Interim adventu ejus audito, intimus quisque amicorum, et plerique militares, ut quique sub Germanico stipendia fecerant* (a), *multique etiam ignoti vicinis e municipiis, pars officium in Principem rati, plures illos secuti, ruere ad oppidum Brundisium; quod naviganti celerrimum fidelissimumque adpulsu erat. Atque ubi primum ex alto visa classis, complentur non modo portus, et proxima maris, sed mœnia ac tecta, quaque longissime prospectari poterat, mœrentium turba, et rogitantium inter se,* silentione, an voce aliqua egredientem exciperent? *neque satis constabat, quid pro tempore foret: cum classis paullatim successit, non alacri, ut adsolet,*

(a) *Ut quique . . . stipendia fecerant.* Ita codex et Beroaldi editio, ne ingrata sit repetitio vocis *quisque*, quam tenent vulgati. Idem Beroaldus ex eodem codice dedit *fidissimumque adpulsu erat*,



Arrivo d' Agrippina in Brindisi, poi in Roma: ceneri di Germanico riposte nel sepolcro d' Augusto: funerale fatto.

I. L'inverno non ritardò la navigazion d' Agrippina, la qual giunta in Corfù isola incontro alla Calabria, ivi pochi giorni trattennesi per ricompor l'animo, violenta nel lutto (1), ed incapace di tolleranza. Udito il suo arrivo gli intimi amici e i soldati già di Germanico, e molti ancora ch' ei non conosceva, alcuni per fare omaggio al Principe, i più per seguir gli altri, dai municipj vicini si affollarono al porto di Brindisi, ai naviganti più vicino e di sbarco più sicuro. Tostochè da lungi fu vista la flotta, non solo il porto e i vicini lidi, ma le mura e i tetti e i luoghi donde più lungi s'estendeva la vista, riempionsi d'una moltitudin d'afflitti interrogantisi, se quando Agrippina sbarcava dovessero accogliendola tacere o parlare? nè sapevano ancora ciò che meglio convenisse a quel tempo, quando i remiganti non a voga arrancata, come è solito, ma lenti e mesti acco-

non ut vulgati *fidelissimumque*. Paullo post pro vulgatorum *proxima maris* mallet Ernestus *proxima mari*.

remigio, sed cunctis ad tristitiam compositis. Postquam duobus cum liberis feralem urnam tenens, egressa navi, defixit oculos; idem omnium gemitus, neque discerneres, proximos, alienos, virorum feminarumve planctus: nisi quod comitatum Agrippinæ, longo mœrore fessum, obvii et recentes in dolore anteibant.

An. U. C. DCCLXXIII. Aer. Chr. 20.

II. *Miserat duas prætorias cohortes Cæsar, addito* ut magistratus Calabriæ, Apulique et Campani, suprema erga memoriam filii sui munera fungerentur. *Igitur tribunorum centurionumque humeris cineres portabantur: præcedebant incompta signa, versi fasces: atque ubi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliaque funerum sollemnia cremabant: etiam quorum diversa oppida* (a), *tamen obvii, et victimas atque aras Diis Manibus statuentes, lacrymis et conclamationibus dolorem testabantur. Drusus Tarracinam progressus est, cum Claudio fratre, liberisque Germanici, qui in Urbe fuerant. Consules, M. Valerius et C. Aurelius (jam enim magistratum occœperant) et*

(a) *Diversa oppida*, i. e, devia. Infra codex et veteres editi habent C. Aurelius, non M.

stano a terra le navi. Com'ella uscita di nave con due figliuoli, fissò lo sguardo sull' urna ferale che teneva in mano, levossi un compianto universale; nè avresti distinto qual fosse de'suoi, qual de'non suoi, qual degli uomini, qual delle donne: se non che quello della gente accorsa ed afflitta di fresco superava quel della corte di Agrippina già stanca dal lungo cordoglio.

Anni di Roma DCCLXXIII. *di Cristo* 20.

II. Cesare avea mandato due coorti pretorie, e ordine ai magistrati della Calabria, Puglia e Campania di far gli ultimi onori alla memoria del suo figliuolo. I tribuni e i centurioni portanti sulle spalle le ceneri eran preceduti da insegne disadorne e fasci rivolti (2): e nel passaggio per le colonie la plebe vestita a bruno, i cavalieri di trabea (3) bruciavan secondo la condizione del luogo vesti, odori, ed altre cose usate ne' funerali: anche dai paesi fuori di strada veniva incontro la gente, e sacrificando e facendo altari agli Dei Mani mostrava col pianto e colle grida il dolore. Druso andò fino a Terracina col fratel Claudio e i figli di Germanico ch'erano in Roma. I consoli M. Valerio e C. Aurelio entrati già in carica, il senato, e una

senatus, ac magna pars populi viam complevere, disjecti, et ut cuique libitum, flentes. Aberat quippe adulatio, gnaris omnibus, lætam Tiberio Germanici mortem male dissimulari.

III. *Tiberius atque Augusta publico abstinuere; inferius majestate sua rati, si palam lamentarentur, an, ne omnium oculis vultum eorum scrutantibus, falsi intelligerentur. Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna actorum scriptura, reperio, ullo insigni officio functam; cum super Agrippinam, et Drusum, et Claudium, ceteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint: seu valetudine præpediebatur, seu victus luctu animus magnitudinem mali perferre visu non toleravit. Facilius crediderim, Tiberio et Augusta, qui domo non excedebant, cohibitam, ut par mœror, et matris exemplo avia quoque et patruus attineri viderentur.*

IV. *Dies, quo reliquiæ tumulo Augusti inferebantur, modo per silentium vastus* (a), *modo ploratibus inquies: plena Urbis itinera, conlucentes per campum Martis faces: illic miles cum armis* (b), *sine insignibus magistratus, populus per tribus*, concidisse rempublicam, nihil

(*a*) *Dies . . . . . modo per silentium vastus*. Modo silentium habuit vastæ solitudinis, modo ploratibus turbidis circumsonuit.
(*b*) *Miles cum armis*. Ne quis in populo tumultus oriretur. Sic

gran parte del popolo avean riempito la strada: sparsi quà e là piangevano liberamente, e senza adulazione e riguardo a Tiberio, da cui sapevano tutti mal celarsi il piacere della morte di Germanico.

III. Tiberio ed Augusta non comparvero in pubblico, o credessero disdicevoli al lor grado i pubblici piagnistei, o non volessero che chi osservava il lor volto vi scoprisse la falsità del dolore. Presso gli autori e ne' giornali (4) di que' tempi, dove oltre Agrippina e Druso e Claudio sono nominati ancor gli altri congiunti, non trovo menzione di alcuna dimostrazion fatta dalla madre Antonia; o fosse in quel giorno malata, o vinta dall' affanno non potesse reggere alla vista d' una disgrazia sì grande. Inclino a credere che Tiberio ed Augusto la trattenessero seco per far credere, che l' avola ed il zio afflitti egualmente che la madre non uscivano a suo esempio di casa.

IV. Nel dì che le ceneri furon riposte nel sepolcro d' Augusto ad un profondo silenzio succedevan torbide strida: piene di gente le vie; fiaccole ardenti nel campo di Marte; ivi soldati armati, magistrati senza insegne, popolo diviso per tribù, tutti gridavano esser perita la

Ann. 1, 8. *die funeris Augusti milites velut præsidio stetere.* Non igitur audiendus Harlæus, qui mallet *miles sine armis.*

spei reliquum *clamitabant ; promptius apertiusque , quam ut meminisse imperitantium crederes . Nihil tamen Tiberium magis penetravit , quam studia hominum accensa in Agrippinam ; cum* decus patriæ , solum Augusti sanguinem , unicum antiquitatis specimen *appellarent , versique ad cælum ac deos , integram illi subolem , ac superstitem iniquorum precarentur .*

V. *Fuere , qui publici funeris pompam requirerent , compararentque , quæ in Drusum , patrem Germanici , honora et magnifica Augustus fecisset* : ipsum quippe , asperrimo hiemis, Ticinum usque progressum, neque abscedentem a corpore simul Urbem intravisse : circumfusas lecto Claudiorum Juliorumque (a) imagines , defletum in foro , laudatum pro rostris , cuncta a majoribus reperta , aut quæ posteri invenerint , cumulata. At Germanico ne solitos quidem , et cuicumque nobili debitos honores, contigisse : sane corpus ob longinquitatem itinerum externis terris quoquo modo crematum : sed tanto plura decora mox tribui par fuisse , quanto prima fors negavisset : non fratrem (b) , nisi unius

(a) *Claudiorum Juliorumque* . Lipsius , Muretus , et alii legunt *Liviorumque* ; et hæc est certissima emendatio Ernesti : fuit enim Druso illi maternum genus a Liviis , et in Juliam gentem ne adoptione quidem venit .

(b) *Non fratrem* . Scribe cum Lipsio *fratres* : nam Claudius , qui natura frater , dicitur supra cum Druso Tarracinam usque progressus .

repubblica, perduta ogni speranza: tanto francamente e apertamente che gli avresti creduti dimentichi di chi regnava (5). Ma nulla tanto ferì Tiberio, quanto l'ardente favore di chi chiamava Agrippina, ornamento della patria, solo rampollo della stirpe d'Augusto (6), unico esempio delle antiche matrone; e volto al cielo pregava gli Dei, che conservassero e facessero sopravvivere agl' iniqui i suoi figliuoli.

V. Desiderarono alcuni la pompa usata nei pubblici funerali (7); e paragonando con questi i magnifici onori, che a Druso padre di Germanico avea fatti Augusto, rammentavano: *esser andato ad incontrarlo lui stesso fino a Pavia nel più crudo del verno, e senza mai distaccarsi dal suo corpo entrato in Roma con esso: la bara attorniata dalle immagini dei Claudj e de' Livj: i piagnistei nel foro, gli elogj ne' rostri, gli onori inventati dai moderni aggiunti a quei degli antichi: laddove a Germanico non essersi compartiti neppure i soliti e dovuti a qualunque nobile: siasi pure il suo corpo comunque arso in paese straniero per la distanza de' luoghi; ma doverglisi poi raddoppiare gli onori negatigli prima dalla sorte: i fratelli essergli usciti incontro non*

diei via, non patruum saltem porta tenus obvium. Ubi illa veterum instituta (a)? præpositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, et laudationes et lacrymas, vel doloris imitamenta?

VI. *Gnarum id Tiberio fuit*; *utque premeret vulgi sermones*, *monuit edicto*: Multos inlustrium Romanorum ob rempublicam obiisse; neminem tam flagranti desiderio celebratum: idque et sibi, et cunctis egregium, si modus adjiceretur: non enim eadem decora principibus viris, et imperatori populo, quæ modicis domibus, aut civitatibus: convenisse recenti dolori (b) luctum, et ex mœrore solatia: sed referendum jam animum ad firmitudinem, ut quondam divus Julius, amissa unica filia, ut divus Augustus, ereptis nepotibus, abstruserint tristitiam. Nil opus vetustioribus exemplis: quotiens populus Romanus clades exercituum, interitum ducum, funditas amissas nobiles familias constanter tulerit. Principes mortales, rempublicam æternam esse. Proin repeterent sollemnia: et quia ludorum Megalensium (c) spectaculum suberat, etiam voluptates resumerent.

(a) *Instituta*. Moribus et consuetudine veterum usurpata. In sequentibus lege vel *propositam*, vel *repositam*. *Tum membra toro defleta reponunt*. Æneid. 6. Si deerat cadaver, aut decore ostendi non poterat, tum ejus loco ceream imaginem in toro reponebant.

(b) *Recenti dolori*. Ita membranæ et Beroaldus, non *dolore*, ut et mox *Megalesium* non *Megalensium*.

(c) Ludi in honorem magnæ Deorum matris, a μεγαλη magna.

più ch'una giornata, il zio neppure alla porta. Dove sono le antiche costumanze? l'immagine posta sulla bara, i versi in memoria delle virtù, gli elogj, le lagrime, se non vere almeno finte (8)*?*

VI. Tiberio sapeva tutto; e per sopprimere i ragionari del volgo, fece bandire: *molti illustri Romani esser morti per la repubblica: ma niuno con tanto ardor celebrato: cosa decorosa a lui ed a tutti purchè fossse moderata: ciò che fa onore alle piccole famiglie o città, non farlo egualmente ai Principi e ad un popolo sovrano: il recente dolore volere il pianto, e la tristezza il suo sfogo; ma doversi ormai confortar gli animi, come già il divo Giulio nella perdita dell' unica figlia, ed il divo Augusto de' nipoti repressero il cordoglio. E se foss' uopo rammentare i prischi esempli, quante volte il popolo Romano costantemente sofferse eserciti sconfitti, capitani uccisi, nobili famiglie affatto spente? I Principi esser mortali, eterna la repubblica. Laonde riprendessero i soliti esercizj; ed essendo vicino lo spettacolo de' giuochi Megalesi tornasser anche ai piaceri.*

Drusus in Illyricum rursus proficiscitur.

VII. *Tum exuto justitio, reditum ad munia; et Drusus Illyricos ad exercitus profectus est, erectis omnium animis petendæ e Pisone ultionis* (a), *et crebro questu*, quod vagus interim per amœna Asiæ atque Achajæ, adroganti et subdola mora, scelerum probationes subverteret. *Nam vulgatum erat* missam, *ut dixi*, a Cn. Sentio famosam veneficiis Martinam, subita morte Brundisii exstinctam, venenumque nodo crinium ejus occultatum; nec ulla in corpore signa sumpti exitii reperta.

Cn. Piso, cum Romam rediisset, veneni et majestatis postulatur. Dicta causa, cum omnia infensa et infesta experiretur, manus sibi adfert.

VIII. *At Piso, præmisso in Urbem filio, datisque mandatis, per quæ Principem molliret, ad Drusum pergit; quem haud fratris interitu trucem, quam remoto æmulo æquiorem sibi spe-*

(a) *Petendæ . . . . ultionis*, et infra 9. *vitandæ suspicionis*. Supple causa, gratia, quod jam monuimus. Similis Ellipsis occurrit cap. sequenti, *haud fratris interitu trucem, quam &c.* ubi subaudienda particula *tam*: id prorsus Tacito familiare est.

Druso parte di nuovo per l' Illiria.

VII. Allora posto fine alle ferie tornossi alle usate faccende, e Druso partì per gli eserciti dell' Illiria, stando tutti in aspettazione della vendetta da prendersi contro Pisone, e ad ora ad or brontolando, che per rovesciare le prove de' suoi delitti andava intanto con arrogante e frodolente indugio girando per gli ameni luoghi dell' Asia. Perocchè s' era divulgato che a quella famosa maliarda Martina, che Cn. Senzio aveva inviata, come dissi, a Roma, morta all' improvviso in Brindisi, s' era trovato il veleno nascosto in una delle sue trecce, senza alcun segno nel corpo d' essersi avvelenata.

Pisone tornato in Roma è accusato di veleno e di maestà. Trattata la causa vedendo che tutto congiura a suo danno si uccide.

VIII. Ma Pisone fatto precorrere il figlio in Roma con commissione di placare il Principe, vassene a Druso sperando trovarlo non tanto severo per la morte del fratello, quanto favorevole a sè per averlo liberato da un emulo.



rabat. Tiberius, quo integrum judicium ostentaret, exceptum comiter juvenem, sueta erga filios familiarum nobiles liberalitate auget. Drusus Pisoni, si vera forent, quæ jacerentur, præcipuum in dolore suum locum *respondit*: sed malle falsa et inania, nec cuiquam mortem Germanici exitiosam esse. *Hæc palam, et vitato omni secreto: neque dubitabantur præscripta ei a Tiberio, cum, incallidus alioqui et facilis juventa, senilibus tum artibus uteretur.*

IX. *Piso, Dalmatico mari tramisso, relictisque apud Anconam navibus, per Picenum, ac mox Flaminiam viam, adsequitur legionem, quæ e Pannonia in Urbem, dein præsidio Africæ, ducebatur: eaque res agitata rumoribus*, ut in agmine atque itinere crebro se militibus ostentavisset. *Ab Narnia, vitandæ suspicionis, an quia pavidis consilia in incerto sunt, Nare, ac mox Tiberi devectus, auxit vulgi iras, quia navem tumulo Cæsarum adpulerat; dieque, et ripa frequenti, magno clientium agmine ipse, feminarum comitatu Plancina, et vultu alacres incessere* (a). *Fuit inter inritamenta invidiæ domus foro imminens, festa ornatu* (b),

(a) *Incessere*. Quæ vox fastus et pompæ quamdam ostentationem habet. Sic Virg. Æn. I. *Ast ego quæ divum incedo regina*; et alibi, *et vera incessu patuit dea*.

(b) *Festa ornatu*. Serta, coronas, accensa lumina intellige.

Tiberio per comparire incorrotto nel giudicare accoglie il giovane cortesemente con quella benignità che usava cogli altri figli de' nobili. Druso rispose a Pisone: *che se fossero vere le cose sparse se ne sarebbe risentito più degli altri; ma bramar che fossero false e vane, perchè la morte di Germanico non fosse ad alcuno fatale*. Questa risposta non segreta ma pubblica, e data da un giovane, che peraltro arrendevole e niente scaltro usava allora artificj da vecchio, fu creduta prescrittagli da Tiberio.

IX. Pisone varcato il mare Dalmatico e lasciate in Ancona le navi, per lo Piceno, poi per la via Flaminia raggiunge una legione, che dalla Pannonia per Roma era condotta a presidiar l'Africa, quindi la voce sparsa che spesso per viaggio si presentasse ai soldati ch'erano in marcia. Da Narni, per isfuggire il sospetto, o perchè chi teme sempre dubita, per la Nera entrato nel Tevere (9) sbarcò di giorno al sepolcro de' Cesari, in ora in cui sulla ripa era gran gente, inoltrandosi con lieto e fastoso corteggio ei di clienti, Plancina di femmine; il che raccese l'odio del volgo. Servì ancora ad irritarlo la casa sovrastante al fo-

Ita cum ms. codice et veteribus editis Ernestus, pro vulgato, *festo ornatu*.

conviviumque et epulæ, et celebritate loci nihil occultum.

X. *Postera die, Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulavit: contra Vitellius, ac Veranius, ceterique Germanicum comitati tendebant,* nullas esse partes Trioni; neque se accusatores, sed rerum indices et testes, mandata Germanici perlaturos. *Ille, dimissa ejus causæ delatione,* ut priorem vitam accusaret *obtinuit; petitumque est a Principe, cognitionem exciperet* (2). *Quod ne reus quidem abnuebat, studia populi et patrum metuens: contra,* Tiberium spernendis rumoribus validum, et conscientiæ matris innexum esse: veraque, aut in deterius credita, judice ab uno facilius discerni: odium et invidiam apud multos valere. *Haud fallebat Tiberium moles cognitionis, quaque ipse fama distraheretur. Igitur, paucis familiarium adhibitis, minas accusantium, et hinc preces audit, integramque causam ad senatum remittit.*

XI. *Atque interim Drusus, rediens Illyrico, quamquam patres censuissent,* ob receptum Maroboduum, et res priore æstate gestas, ut ovans iniret, *prolato honore Urbem intravit. Post*

(a) *Exciperet*. In se susciperet, se criminis ejus judicem ferret.

ro, parata a festa, il solenne banchetto, e la pubblicità del luogo che nulla ascondeva.

X. Il dì seguente Fulcinio Trione citò Pisone presso i Consoli: all'incontro Vitellio e Veranio ed altri del seguito di Germanico pretendevano, Trione non avervi che fare; ed essi non da accusatori, ma da relatori e testimonj de' fatti voler esporre le commissioni di Germanico. Egli lasciata quest' accusa ottenne di accusar la sua vita passata, e fu pregato Tiberio di addossarsene il giudizio. Il che non dispiaceva neppure al reo, che temeva l'ardore del popolo e de' padri: rifletteva all' incontro, Tiberio esser forte in disprezzare le voci, ed intrigato in questa causa colla madre (10): poter più facilmente un giudice solo discernere il vero da ciò, che è malignamente creduto: l'odio e l'invidia potere assai presso i molti. Ben conoscendo Tiberio l'importanza del giudizio, e da quali voci foss' egli lacerato, ascoltate alla presenza di pochi familiari le minacce degli accusanti e i prieghi del reo, rimise la causa intiera al senato.

XI. Druso frattanto tornando dall' Illiria entrò in Roma: l' onore dell' ovazione, che per la resa di Maroboduo e per altre imprese della passata estate gli decretarono i padri, gli fu

quæ reo, T. Arruntium (a), T. Vinicium, Asinium Gallum, Aeserninum Marcellum, Sex. Pompejum patronos *petenti*, *iisque diversa excusantibus*, *M. Lepidus et L. Piso*, *et Livinejus Regulus adfuere*: *arrecta omni civitate*, quanta fides amicis Germanici, quæ fiducia reo: satin cohiberet, an promeret (b) sensus suos Tiberius: *iis haud alias intentior populus*, *plus sibi in Principem occultæ vocis*, *aut suspicacis silentii permisit*.

XII. *Die senatus*, *Cæsar orationem habuit meditato temperamento*: Patris sui legatum atque amicum Pisonem fuisse, adjutoremque Germanico datum a se, auctore senatu, rebus apud Orientem administrandis: illic contumacia et certaminibus asperasset juvenem, exituque ejus lætatus esset, an scelere exstinxisset, integris animis judicandum. Nam si legatus officii terminos, obsequium erga imperatorem exuit, ejusdemque morte, et luctu meo lætatus est; odero, seponamque a domo mea, et privatas inimicitias, non Principis ulciscar: sin facinus, in cujuscumque mortalium nece vindicandum, de-

(a) *T. Arruntium*. Huic Faber et Ryckius prænomen *Lucium*, non *Titum* tribuunt, et eumdem esse putant de quo Ann. 1, 13. *T. Vinicium*. Sic e vestigiis ms. codicis in quo legitur *Fulnicium*, restituit Jac. Gronovius. Editi mendo manifesto habent *Fulcinium*, qui unus ex accusatoribus. De prænomine dubitat Ernestus an sit M. Vinicius, Ann. 6, 15. memoratus.

(b) *An promeret*. Pro his codex ms. habet *ac premeret*, quæ

differito. Appresso chiedendo il reo per avvocati T. Arrunzio, T. Vinicio, Asinio Gallo, Esernino Marcello, Ses. Pompeo, ed allegando questi varie scuse, accettaron l'incarico M. Lepido, L. Pisone, e Livinejo Regolo; e tutta la città più che mai attentamente osservando quanto a Germanico fosser fedeli gli amici, in che sperasse il reo, se abbastanza o no occultasse Tiberio i suoi sentimenti, vieppiù sparlava segretamente del Principe; o se taceva ne sospettava.

XII. Il dì del senato Cesare con istudiato contegno così prese a dire: *Pisone essere stato legato ed amico di suo padre, e da sè per autorità del senato dato a Germanico per ajuto nel governo dell' Oriente: se ivi disubbedendo o contrastando inasprisse il giovane, o sentisse con piacere, o scelleratamente gli desse la morte, doversi giudicare senza passione. Poichè se egli oltrepassando i termini di legato negò il dovuto ossequio all' Imperadore, se si rallegrò della sua morte e mio cordoglio, io l' odierò, lo caccierò di mia casa, e vendicherò i torti fatti a me come a privato, non come a Principe: che se scopresi in lui un delitto degno in qualunqu' uomo di morte, date*

manifesta est geminatio praecedentium: merito igitur has voces delent Pichena et Gronovius, quibus et Ernestus accedit.

tegitur ; vos vero et liberos Germanici, et nos parentes justis solatiis adficite: simulque illud reputate, turbide et seditiose tractaverit exercitus Piso ; quæsita sint per ambitionem studia militum ; armis repetita provincia ; an falsa hæc in majus vulgaverint accusatores : quorum ego nimiis studiis jure succenseo. Nam quo pertinuit, nudare corpus, et contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos, tamquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista, et scrutanda sunt? Defleo equidem filium meum, semperque deflebo: sed neque reum prohibeo, quominus cuncta proferat, quibus innocentia ejus sublevari, aut, si qua fuit iniquitas Germanici, coargui possit: vosque oro, ne, quia dolori meo causa connexa est, objecta crimina pro adprobatis accipiatis. Si quos propinquus sanguis, aut fides sua patronos dedit, quantum quisque eloquentia et cura valet, juvate periclitantem. Ad eumdem laborem, eamdem constantiam accusatores hortor. Id solum Germanico super leges præstiterimus, quod in curia potius quam in foro, apud senatum quam apud judices, de morte ejus anquiritur: cetera pari modestia tractentur: nemo

voi ai figli di Germanico e a me suo padre un giusto sollievo: riflettete al tempo stesso se abbia Pisone sollevato gli eserciti, cercato ambiziosamente il favor de' soldati, ripreso colle armi il governo; ovvero se queste sian falsità ingrandite dagli accusatori, del cui soverchio ardore io mi dolgo a ragione. E a che fine esporre il corpo ignudo ad esser maltrattato dagli occhi del volgo? Perchè spargere ancora tra gli stranieri ch' egli era morto di veleno, se ciò ancor non è certo, se tuttora si cerca? Io piango, e sempre piangerò mio figlio: ma non vieterò al reo di addurre tutte le prove in difesa di sua innocenza, o di accusare Germanico, se qualche torto ricevette da lui; e prego voi, che non perchè questa causa è connessa col mio dolore, tenghiate per provati i delitti apposti. Se qualche parente o fedel di Pisone ha preso a difenderlo, lo ajuti in questo rischio quanto può coll' eloquenza e coll' industria. Esorto gli accusatori ad essere egualmente diligenti e costanti. Questo sol privilegio concedo a Germanico, che la sua morte si esamini piuttosto nella curia che nel foro, presso il senato che presso i giudici; nel resto si tratti come gli altri; nè alcuno abbia riguardo alle lagrime di Druso,

Drusi lacrymas, nemo mœstitiam meam spectet, nec si qua in nos adversa finguntur (a).

XIII. *Exin* biduum criminibus objiciendis *statuitur*, utque sex dierum spatio interjecto, reus per triduum defenderetur. *Tum Fulcinius vetera et inania orditur, ambitiose avareque habitam Hispaniam; quod neque convictum noxæ reo, si recentia purgaret, neque defensum absolutioni erat, si teneretur majoribus flagitiis. Post quem Servæus, et Veranius, et Vitellius, consimili studio, sed multa eloquentia Vitellius, objecere*, odio Germanici, et rerum novarum studio, Pisonem vulgus militum, per licentiam et sociorum injurias, eo usque corrupisse, ut *parens legionum* a deterrimis appellaretur: contra in optimum quemque, maxime in comites et amicos Germanici, sævisse: postremo ipsum devotionibus et veneno peremisse: sacra hinc et immolationes nefandas ipsius atque Plancinæ: petitam armis rempublicam; utque reus agi posset, acie victum.

XIV. *Defensio in ceteris trepidavit. Nam neque ambitionem militarem, neque provinciam pessimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem adversum imperatorem inficiari poterat:*

(a) *Adversa finguntur*. Mallet Gronovius *diversa*, i. e. contraria, quasi videlicet Germanici morte lætaremur.

nè al mio rammarico, nè alle menzogne che possono spargersi contro di noi.

XIII. Furono assegnati due giorni per produrre le accuse, e dopo un intervallo di sei, tre al reo per difendersi. Cominciò Fulcinio dall' aver Pisone ambiziosamente e avaramente governato la Spagna; delitto rancido e frivolo, che provato vero non nuoceva al reo, se confutava i recenti; nè mostrato falso lo assolveva, se era colpevole di più gravi. Dopo lui Serveo e Veranio e Vitellio con pari ardore, ma con più eloquenza Vitellio, gli apposero; *aver per odio a Germanico e amore di novità corrotto i soldati con ogni sorta di licenza e di soprusi contro gli alleati, a segno che dai peggiori fu chiamato padre delle legioni; usato all' incontro ogni sorte di crudeltà co' migliori, massime coi compagni ed amici di Germanico; e lui finalmente ucciso con malie e con veleno, sagrificando nefande vittime insiem con Plancina*(11); *la repubblica assalita colle armi, e la necessità di vincerlo in battaglia per poterlo accusare.*

XIV. Non potendosi negare che aveva usato pratiche co' soldati, data la provincia in man de' peggiori, oltraggiato l'Imperadore, fu in queste cose debole la difesa; solo parve confutata

solum veneni crimen visus est diluisse ; quod ne accusatores quidem satis firmabant, in convivio Germanici , cum super eum Piso discumberet , infectos manibus ejus cibos *arguentes : quippe absurdum videbatur , inter aliena servitia , et tot adstantium visu , ipso Germanico coram , id ausum : offerebatque familiam reus ; et ministros in tormenta flagitabat . Sed judices per diversa implacabiles erant : Cæsar ob bellum provinciæ inlatum ; senatus , numquam satis credito , sine fraude Germanicum interiisse :* (et quæ) *scripsissent expostulantes : quod haud minus Tiberius , quam Piso abnuere* (a). *Simul populi ante curiam voces audiebantur* , non temperaturos manibus , si patrum sententias evasisset : *effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias ac devellebant , ni jussu Principis protectæ repositæque forent . Igitur inditus lecticæ , et a tribuno prætoriæ cohortis deductus est : vario rumore , custos salutis , an mortis exactor sequeretur .*

XV. *Eadem Plancinæ invidia , major gratia : eoque ambiguum habebatur , quantum Cæsari in eam liceret . Atque ipsa , donec mediæ Pisoni spes* , sociam se cujuscumque fortunæ , et

(a) *Scripsissent expostulantes quod . . . . . abnuere* . Ex his sensus erui nullus potest . Mercerus levi mutatione locum sanat : *submisse expostulantes quod . .. abnueret* . Senatores nempe , quibus persuasum erat Germanicum fraude interiisse , tacite indignabantur , quod fraudem illam haud minus Tiberius , quam Piso abnueret.

l'accusa del veleno; non potendo gli accusatori abbastanza provare, che giacendo Pisone di sopra (12) a Germanico in un convito gli avesse di sua mano avvelenato i cibi: poichè pareva incredibile che tra servi non suoi, a vista di tanti circostanti, alla presenza di Germanico stesso avesse osato tanto; e 'l reo faceva istanza che i servi, offerendo ancora i suoi, fosser messi alla tortura. Ma i giudici per diversi motivi erano implacabili: Cesare per la guerra fatta alla provincia; il senato per essersi ostinato a credere che Germanico era morto per tradimento, a segno che mormorava di Tiberio, perchè il negasse egualmente che Pisone. Il popolo ancora gridava di fuori che non gli uscirebbe di mano, se si fosse sottratto alle sentenze de' padri: e già strascinate alle Gemonie (13) le statue di Pisone le avrebbe spezzate, se per ordin del Principe non fossero state salvate e rimesse a suo luogo. Posto adunque in lettiga fu condotto via da un tribuno de' pretoriani, altri dicean per salvarlo, altri per torgli la vita.

XV. Era Plancina egualmente odiata, sebben più favorita; ond' era incerto quanto Cesare potrebbe sopra di lei. Essa, finchè Pisone ebbe qualche speranza, gli promise di non lasciarlo

si ita ferret (a), comitem exitii *promittebat*. *Ut secretis Augustæ precibus veniam obtinuit, paullatim segregari a marito, dividere defensionem cœpit: quod reus postquam sibi exitiabile intelligit, an adhuc experiretur dubitans, hortantibus filiis durat mentem, senatumque rursum ingreditur: redintegratamque accusationem, infensas patrum voces, adversa et sæva cuncta perpessus, nullo magis exterritus est, quam quod Tiberium sine miseratione, sine ira, obstinatum, clausumque vidit, ne quo adfectu perrumperetur. Relatus domum, tamquam defensionem in posterum meditaretur, pauca conscribit, obsignatque, et liberto tradit. Tum solita curando corpori exsequitur: dein multam post noctem, egressa cubiculo uxore*, operiri fores *jussit: et cœpta luce, perfosso jugulo, jacente humi gladio, repertus est*.

XVI. *Audire me memini ex senioribus, visum sæpius inter manus Pisonis libellum, quem ipse non vulgaverit; sed amicos ejus dictitavisse*, literas Tiberii, et mandata in Germanicum continere: ac destinatum promere apud patres, Principemque arguere, ni elusus a Sejano per vana promissa foret: nec illum sponte exstin-

(a) *Si ita ferret*. Supple fors, fortuna.

in qualunque caso, ancorchè fosse di morte. Ma tostochè per le segrete preghiere d'Augusta ottenne perdono, cominciò a poco a poco a separarsi dal marito e a dividere la difesa: allora il reo si tenne per perduto; e dubitando se dovesse far altre prove, alfin confortato dai figli si fa coraggio, e di nuovo entra in senato; dove dopo aver tollerato le rinnovate accuse, le minacce de' padri, ogni contrarietà, ogni rigore, niente tanto lo atterrì quanto il vedere Tiberio senza compassione, senza sdegno chiudere ostinatamente l'animo suo a qualunque affetto. Ricondotto a casa, come se volesse preparare altre difese, scrive poche cose, e sigillate le consegna ad un liberto. Attese poi alla solita cura del corpo, ed uscita a notte avanzata la consorte di camera, fece chiuder le porte: al far del giorno fu trovato scannato col pugnale in terra.

XVI. Mi ricordo aver udito da' vecchi, essersi spesso veduta in man di Pisone una scrittura, la quale egli non pubblicò; ma i suoi amici aver detto: *esser la lettera contenente gli ordini di Tiberio contro Germanico; lui deluso dalle vane promesse di Sejano non averla prodotta in senato contro Cesare, come avea risoluto; ed esser morto per mano non sua, ma*

ctum, verum immisso percussore: *quorum neutrum adseveraverim: neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nostram ad juventam duraverunt. Cæsar, flexo in mœstitiam ore,* suam invidiam tali morte quæsitam apud senatum (a) (indolet), *crebrisque interrogationibus exquirit* qualem Piso diem supremum, noctemque exegisset. *Atque illo pleraque sapienter, quædam inconsultius respondente, recitat codicillos a Pisone in hunc ferme modum compositos*: conspiratione inimicorum et invidia falsi criminis oppressus, quatenus veritati et innocentiæ meæ nusquam locus est, deos immortales testor, vixisse me, Cæsar, cum fide adversum te, neque alia in matrem tuam pietate: vosque oro, liberis meis consulatis: ex quibus Cn. Piso qualicumque fortunæ meæ non est adjunctus, cum omne hoc tempus in Urbe egerit: M. Piso repetere Syriam dehortatus est. Atque utinam ego potius filio juveni, quam ille patri seni cessisset! eo impensius precor, ne meæ pravitatis pœnas innoxius luat. Per quinque et quadraginta annorum obsequium, per collegium consulatus quondam divo Augusto, parenti tuo, probatus, et tibi amicus, nec quid-

(a) *Suam invidiam tali morte quæsitam apud senatum*. Supple dicit, queritur. Nempe libertus Pisonis codicillos prima luce principi, antequam ille senatum ingrederetur, attulerat. Cæsar ingressus senatum de properata illa morte queritur. *Exquirit*, nem-

di mandato sicario. Nè l' una cosa oserei affermare nè l'altra; ma io non doveva occultare ciò che narraron coloro che vissero fino alla mia gioventù. Cesare affettando tristezza si dolse presso i padri dell' odio, che gli si era procurato con questa morte; e con frequenti interrogazioni ricerca come avesse passato Pisone l' ultimo giorno e la notte. Rispondendogli il figlio molte cose a proposito, alcune no, legge lo scritto di Pisone, il cui tenore era era questo: *oppresso da un' odiosa calunnia appostami da congiurati nemici, poichè nè la verità nè l' innocenza mia han più luogo, chiamo in testimonj gli Dei immortali, che io son vissuto, o Cesare, come fedele a te, così pietoso verso tua madre. Ora a voi raccomando i miei figli; tra quali Cneo rimasto sempre in Roma non è involto in questa mia qualunque fortuna: Marco mi sconsigliò dal ritornare in Sorìa. Così avessi io piuttosto al figlio giovane, ch' egli al padre vecchio ceduto! tanto più sollecitamsnte ti prego che innocente non paghi il fio del mio reato. Per la servitù di quarantacinque anni, per Augusto tuo padre, di cui fui già Collega nel consolato, per la grazia di lui, per l' amicizia tua ti raccoman-*

pe ex filio Pisonis, *qualem Piso supremum diem exegisset*. *Atque illo*. Si loco vocis *illo*, reposueris, ut vult Ryckius, *filio*, locus erit integer, nec jam asterisco notandus.

quam post hæc rogaturus, salutem infelicis filii rogo. *De Plancina nihil addidit.*

XVII. *Post quæ Tiberius adolescentem crimine civilis belli purgavit*: patris quippe jussa nec potuisse filium detrectare: *simul* nobilitatem domûs, etiam ipsius, quoquo modo meriti, gravem casum *miseratus*. *Pro Plancina cum pudore et flagitio disseruit*, matris preces *obtendens*: *in quam optimi cujusque secreti questus ardescebant*. Id ergo fas aviæ, interfectricem nepotis aspicere, adloqui, eripere senatui? quod pro omnibus civibus leges obtineant, uni Germanico non contigisse! Vitellii et Veranii voce defletum Cæsarem; ab Imperatore et Augusta defensam Plancinam! proinde venena et artes tam feliciter expertas verteret in Agrippinam, in liberos ejus, egregiamque aviam ac patruum sanguine miserrimæ domûs exsatiaret. *Biduum super hac* (a) *imagine cognitionis absumptum*; *urgente Tiberio liberos Pisonis*, matrem uti tuerentur. *Et cum accusatores ac testes certatim perorarent*, *respondente nullo*, *miseratio quam invidia augebatur*. *Primus sen-*

(a) *Bidunm super hac*. Alii *Biduum super hæc*. In actione causæ illius, nempe Plancinæ, de qua non vera, sed in speciem tantum adsimulata quæstio habebatur. Verum Ryckius contendit præpositionem *super* eo sensu non jungi cum quarto casu, sed cum sexto: ideo emendat *super hac imagine*; Ernestus autem mallet *biduum per hæc*.

do, e questa è l'ultima volta che io ti prego, la vita dell' infelice mio figlio. Di Plancina non faceva menzione.

XVII. Dopo ciò Tiberio discolpò il giovane dall' accusa della civil guerra, dicendo che come figlio non poteva opporsi agli ordini paterni, e compassionando al tempo stesso una famiglia sì nobile, e la grave disgrazia di Pisone, comunque se la fosse meritata. Si mostrò vile ed ingiusto nel difender Plancina colle preghiere della madre, contro la quale irritate le persone più oneste segretamente lagnavansi: *sarà dunque lecito all'avolo vedersi innanzi l'ucciditrice del nipote, parlarle, torla al rigor del senato? Al solo Germanico sarà disdetto ciò che le leggi concedono a tutti i cittadini? Che serve che Vitellio e Veranio abbian pianta la sua morte, se poi l'Imperadore ed Augusta difendon Plancina? Poichè sì felicemente sperimentò i veleni e le malie, li rivolga contro Agrippina, contro i suoi figli; sazj pure l'egregia avola e 'l zio col sangue di sì disgraziata famiglia*. In questa apparenza di causa si consumaron due giorni; e Tiberio stimolava i figli di Pisone a difender la madre. Mentre gli accusatori e i testimoni piativano a gara, e niun rispondeva, crebbe più la com-

tentiam rogatus Aurelius Cotta, consul (nam referente Cæsare, magistratus eo etiam munere fungebantur) nomen Pisonis radendum fastis *censuit*: partem bonorum publicandam; pars ut Cn. Pisoni filio concederetur, isque prænomen mutaret. M. Piso exuta dignitate, et accepto quinquagies sestertio (a), in decem annos relegaretur, concessa Plancinæ incolumitate, ob preces Augustæ.

XVIII. *Multa ex ea sententia mitigata sunt a Principe*: ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando M. Antonii, qui bellum patriæ fecisset; Juli Antonii, qui domum Augusti violasset, manerent: *et M. Pisonem ignominiæ exemit, concessitque ei paterna bona; satis firmus, ut sæpe memoravi, adversum pecuniam, et tum pudore absolutæ Plancinæ placabilior. Atque idem, cum Valerius Messalinus* signum aureum in æde Martis Ultoris; *Cæcina Severus* aram Ultioni statuendam *censuissent, prohibuit*: ob externas ea victorias sacrari *dictitans*, domestica mala tristitia operienda. *Ad-*

(a) *Quinquagies sestertio*. Quinquagies centena millia sestertium libellas nostrates efficiunt 625000.

passione che l' odio. Aurelio Cotta consolo richiesto il primo a dir suo parere (che tale ancor era l' ufficio del consolo, quando Cesare proponeva) (14) disse: *che si radesse dai fasti il nome di Pisone: si confiscasse la metà de' suoi beni, l'altra si rilasciasse a Cn. Pisone figlio, con ordine di mutare prenome; si togliesse a M. Pisone la dignità senatoria, e ricevuti cinque milioni di sesterzi fosse per dieci anni rilegato: si assolvesse Plancina per le preghiere d' Augusta*.

XVIII. Moderando molto questa sentenza, non volle il Principe che si radesse il nome di Pisone dai fasti, sull' esempio di Marco e Giulio Antonj, i cui nomi v' erano ancora; benchè l' uno avesse fatto guerra alla patria, l'altro disonorato la casa d' Augusto; e liberò M. Pisone dall'infamia e gli concedette i beni paterni, bastantemente fermo, come ho più volte detto, contro l' avarizia, e allora più trattabile per la vergognosa assoluzion di Plancina. Proibì ancora che s' inalzasse una statua d' oro nel tempio di Marte Vendicatore, come propose Valerio Messalino; e un' ara alla vendetta, come Cecina Severo; dicendo, riserbarsi tali consacrazioni per le vittorie esterne, i domestici guai nascondersi nella mestizia. Aveva

diderat Messalinus, Tiberio, et Augustæ, et Antoniæ, et Agrippinæ, Drusoque, ob vindictam Germanici, grates agendas, *omiseratque Claudii mentionem : et Messalinum quidem L. Asprenas, senatu coram, percunctatus est*, an prudens præterisset? *ac tum demum nomen Claudii adscriptum est. Mihi, quanto plura recentium, seu veterum revolvo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obversantur: quippe fama, spe, veneratione potius omnes destinabantur imperio, quam quem futurum principem fortuna in occulto tenebat.*

XIX. *Paucis post diebus Cæsar auctor senatui fuit*, Vitellio, atque Veranio, et Servæo sacerdotia tribuendi: *Fulcinio* suffragium ad honores *pollicitus*, *monuit*, ne facundiam violentia præcipitaret. *Is finis fuit ulciscenda Germanici morte, non modo apud illos homines, qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore jactata: adeo maxima quæque ambigua sunt, dum alii quoquo modo audita pro compertis habent; alii vero in contrarium vertunt: et gliscit utrumque posteritate. At Drusus Urbe egressus repetendis auspiciis, mox ovans introiit, paucosque post dies Vipsania*

aggiunto Messalino che si ringraziassero Tiberio, Augusta, Antonia, Agrippina, e Druso per la vendetta di Germanico, senza far menzione di Claudio: e interrogato in senato da L. Asprenate se l'avesse ommesso avvedutamente? vi fu finalmente aggiunto. Quanto più volgo le memorie antiche o recenti, tanto più in tutte le cose osservo gli scherzi delle umane vicende; predicendo sperando ed ossequiando tutti qual futuro Principe piuttosto ogni altro che costui, il quale dalla fortuna era occultamente destinato all'Impero.

XIX. Dopo pochi giorni propose Cesare al senato, che si creassero sacerdoti Vitellio e Veranio e Serveo: promise a Fulcinio di favorirlo nella concorrenza agli onori, ma lo avvertì a non rovinar l'eloquenza per troppo ardore. Così si finì di vendicare la morte di Germanico, narrata diversamente e a quei tempi e ne'posteriori: tanto le cose più grandi sono incerte, tenendo altri per certo ciò che ascoltan comunque, altri cangiando il vero in falso, e crescendo col tempo la credulità e la menzogna. Druso partito da Roma per riassumere il grado (15), vi rientrò coll'onore della ovazione; e dopo pochi giorni morì Vipsa-

mater ejus excessit, una omnium Agrippæ liberorum miti obitu (a). *Nam ceteros manifestum ferro, vel creditum est, veneno aut fame exstinctos.*

Tacfarinas bellum in Africa renovat, quod opprimitur a L. Apronio, proconsule.

XX. *Eodem anno Tacfarinas, quem priore æstate pulsum a Camillo memoravi, bellum in Africa renovat, vagis primum populationibus, et ob pernicitatem inultis: dein vicos exscindere, trahere graves prædas: postremo, haud procul Pagyda flumine, cohortem Romanam circumsedit. Præerat castello Decrius, impiger manu, exercitus militia, et illam obsidionem flagitii ratus. Is cohortatus milites*, ut copiam pugnæ in aperto facerent, *aciem pro castris instruit; primoque impetu pulsa cohorte, promptus inter tela occursat fugientibus, increpat signiferos*, quod inconditis aut desertoribus miles Romanus terga daret: *simul excepta vulnera; et quamquam transfosso oculo, adversum os in hostem intendit; neque prœlium omisit, donec desertus suis caderet.*

(a) *Miti obitu.* Citra vim ac ex fato. At etiam Julia neptis citra vim obiisse narratur, An. 4, 71. sed relegata, et exsilium viginti annor. perpessa.

nia sua madre, sola de'figli d'Agrippa di morte naturale; poichè gli altri o palesemente di ferro, o segretamente perirono di veleno o di fame.

Guerra rinnovata nell' Africa da Tacfarinate, e repressa da Lucio Apronio proconsolo.

XX. In quest' anno Tacfarinate, che nell' estate antecedente fu rispinto da Camillo, come ho detto, rinnova nell' Africa la guerra; e vedendo che le sue scorrerie, perchè rapide, erano impunite, cominciò a rovinar ville e a far grosse prede: finalmente non lungi dal fiume Pagida assediò una coorte Romana in un castello tenuto da Decrio, pronto ed esperto guerriero, a cui parve vergogna lo star rinchiuso. Esorta i soldati a combattere all' aperto, e gli schiera innanzi ai quartieri: ma rispinti al primo urto, accorre pronto fra le armi ai fuggitivi, rimproverando gli alfieri, che soldati Romani voltin le spalle a gente disordinata e vigliacca: e ferito in più parti, e perduto un occhio mostra la faccia intrepida al nemico, nè lascia di combattere finchè cade abbandonato da' suoi.

XXI. *Quæ postquam L. Apronio (nam Camillo successerat) comperta, magis dedecore suorum, quam gloria hostis anxius, raro ea tempestate, et e vetere memoria facinore, decumum quemque ignominiosæ cohortis, sorte ductos, fusti necat. Tantumque severitate profectum, ut vexillum veteranorum* (a), *non amplius quingenti numero, easdem Tacfarinatis copias, præsidium, cui Thala nomen, adgressas, fuderint: quo prœlio Rufus Helvius, gregarius miles, servati civis decus retulit, donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Cæsar addidit civicam coronam*, quod non eam quoque Apronius jure proconsulis tribuisset, *questus magis, quam offensus. Sed Tacfarinas, perculsis Numidis, et obsidia aspernantibus, spargit bellum; ubi instaretur, cedens, ac rursum in terga remeans: et dum ea ratio barbaro fuit, inritum fessumque Romanum impune ludificabatur. Postquam deflexit ad maritimos locos, inligatus præda, stativis castris adhærebat: missu patris Apronius Cæsianus cum equite et cohortibus auxiliariis, quis velocissimos legionum addiderat, prosperam adversum Numidas pugnam facit, pellitque in deserta.*

(a) *Vexillum veteranorum*. Milites exanctoratos intellige, at sub vexillo retentos, ceterorum immunes, præterquam propulsandi hostis. Vide Ann. I, 17.

XXI. Poichè L. Apronio successor di Camillo riseppe un tal fatto, agitato più per l'infamia de' suoi che per la gloria del nemico, tratto a sorte uno d'ogni dieci di quell' infame coorte, li fa morire sotto le verghe; esempio usato dagli antichi, raro a quei tempi. E questo rigore giovò tanto, che una schiera di soli cinquecento veterani sbaragliò le medesime truppe di Tacfarinate andate ad assalire la fortezza di Tala: nel qual combattimento Rufo Elvio fantaccino, riportato il vanto d'aver salvato un cittadino, ebbe in premio da Apronio una collana ed un'asta. Cesare vi aggiunse la corona civica (16) querelandosi con Apronio più che adirandosi, perchè per dritto proconsolare non gli avesse donato anche questa. Tacfarinate, sbigottiti i Numidi e ricusando gli assedj, porta quà e là la guerra, cedendo, s'era incalzato, e poi tornando alle spalle: e finchè usò quest'arte stancò impunemente e deluse gli sforzi de' Romani. Ma piegatosi verso il mare, e trattenendosi a custodir nei quartieri la preda, Apronio Cesiano spedito dal padre colla cavalleria e le coorti ausiliarie e i più spediti delle legioni, attacca felicemente i Numidi e li caccia nei deserti.

Lepida Aemilia adulterii et veneni defertur, et damnatur.

XXII. *At Romæ Lepida, cui, super Aemiliorum decus, L. Sulla ac Cn. Pompejus proavi erant, defertur* simulavisse partum ex P. Quirinio divite atque orbo: *adjiciebantur* adulteria, venena; quæsitumque per Chaldæos in domum Cæsaris, *defendente ream Manio Lepido, fratre. Quirinius post dictum repudium adhuc infensus, quamvis infami ac nocenti miserationem addiderat. Haud facile quis dispexerit illa in cognitione mentem Principis: adeo vertit ac miscuit iræ et clementiæ signa: deprecatus primo senatum*, ne majestatis crimina tractarentur: *mox M. Servilium e consularibus, aliosque testes inlexit ad proferenda, quæ velut reticere voluerat* (a). *Idemque servos Lepidæ, cum militari custodia haberentur, transtulit ad consules; neque per tormenta interrogari passus est de his, quæ ad domum suam pertinerent. Exemit etiam Drusum, consulem designatum, dicendæ primo loco sententiæ: quod alii civile rebantur*, ne ceteris adsentiendi necessitas fieret: *quidam ad sævitiam trahe-*

(a) *Ad proferenda, quæ velut reticere voluerat*. Acidalius legebat *reticeri*. Præterea codex Flor. teste Jac. Gronovio, habet *profenda*, unde propius aberit *profunda*.

Lepida Emilia accusata di adulterio e di veleno è condannata.

XXII. In Roma Lepida Emilia, a cui oltre gli Emilj accrescevan lustro i bisavoli L. Sulla e Cn. Pompeo, è accusata d'aver finto un parto di P. Quirinio, uom ricco e senza figli: s'aggiunsero accuse d'adulterj, di veleni e di Caldei consultati (17) sulla casa di Cesare: Manio Lepido suo fratello la difese. Quirinio perseguitandola anche dopo il ripudio, fece sì che benchè infame e colpevole fosse compatita. Fu difficile in quella causa il comprendere l'intenzione del Principe: tanto cangiava e mesceva segni d'ira e di clemenza: pregò prima il senato a non trattare accuse di maestà; indusse poi M. Servilio consolare ed altri testimonj a rivelar cose, che avea quasi voluto che si tacessero: indi rimise in mano de'consoli (18) i servi di Lepida custoditi già dai soldati, nè volle che fossero esaminanati co'tormenti sulle cose appartenenti alla sua casa. Esentò ancora Druso console disegnato dal dir suo parere in primo luogo; ciò che alcuni attribuirono a civiltà, per non costringer gli altri a seguirlo, alcuni a crudeltà, perchè

bant; neque enim cessurum, nisi damnandi officio (a).

XXIII. *Lepida ludorum diebus, qui cognitionem intervenerant, theatrum cum claris feminis ingressa, lamentatione flebili* majores suos *ciens*, ipsumque Pompejum, *cujus ea monimenta* (b) *et adstantes imagines visebantur, tantum misericordiæ permovit, ut effusi in lacrymas*, sæva et detestanda Quirinio *clamitarent*, cujus senectæ atque orbitati, et obscurissimæ domui, destinata quondam uxor L. Cæsari, ac divo Augusto nurus, dederetur. *Dein tormentis servorum patefacta sunt flagitia, itumque in sententiam Rubellii Blandi, a quo aqua atque igni arcebatur. Huic Drusus adsensit, quamquam alii mitius censuissent: mox Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum ne bona publicarentur. Tum demum aperuit Tiberius*, compertum sibi etiam ex P. Quirinii servis, veneno eum a Lepida petitum.

XXIV. *Inlustrium domuum adversa (etenim haud multum distanti tempore Calpurnii Pisonem, Aemilii Lepidam amiserant) solatio adfecit D. Silanus, Juniæ familiæ redditus. Ca-*

(a) *Neque . . . cessurum, nisi damnandi officio*. Neque priorem dicendæ sententiæ locum, Druso debitum, alii concessuram, nisi, cui damnandi necessitatem injungeret.

(b) *Ea monimenta.* Theatrum ipsum, quod Pompejus extruxerat.

altri la condannasse; che altrimenti non avrebbe ceduto.

XXIII. Ne' dì festivi che nel tempo di questa causa intervennero, Lepida con altre illustri matrone entrò nel teatro di Pompeo, ed invocando con flebil voce i suoi maggiori, e Pompeo stesso di cui si vedevan ivi le immagini, mosse tanto a compassione il popolo, che prorompendo in pianto malediceva orribilmente Quirinio, a cui vecchio, senza figli, e d'oscurissima famiglia era stata sagrificata colei, che fu destinata già per moglie di L. Cesare, e nuora del divo Augusto. Ma scopertisi poi colla tortura de' servi i suoi reati, fu abbracciato il parere di Rubellio Blando, che la privava dell'acqua e del fuoco (19). Lo abbracciò ancor Druso, benchè vi fossero altri pareri più miti: i suoi beni in grazia di Scauro, che aveva da lei una figlia, non furono confiscati. Allora finalmente rivelò Tiberio, aver egli ancora scoperto dai servi di Quirinio, che Lepida avea tentato d'avvelenarlo.

XXIV. La disgrazia di queste illustri famiglie (poichè non vi passò gran tempo tra la la perdita di Pisone fatta dai Calpurnj, e di Lepida dagli Emilj) fu raddolcita dalla restituzione di D. Silano alla famiglia Giunia. Rac-

sum ejus paucis repetam. Ut valida divo Augusto in rempublicam fortuna, ita domi improspera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis, quas Urbe depulit, adulterosque earum morte aut fuga punivit. Nam culpam, inter viros ac feminas vulgatam, gravi nomine læsarum religionum, *ac* violatæ majestatis *appellando, clementiam majorum suasque ipse leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, simul cetera illius ætatis, memorabo, si effectis, in quæ tendi, plures ad curas vitam produxero. D. Silanus, in nepti Augusti adulter, quamquam non ultra foret sævitum, quam ut amicitia Cæsaris prohiberetur, exsilium sibi demonstrari intellexit: nec, nisi Tiberio imperitante, deprecari senatum ac Principem ausus est, M. Silani fratris potentia, qui per insignem nobilitatem et eloquentiam præcellebat* (a). *Sed Tiberius grates agenti Silano, patribus coram, respondit,* se quoque lætari, quod frater ejus e peregrinatione longinqua revertisset: idque jure licitum, quia non senatusconsulto, non lege pulsus foret: sibi tamen adversus eum integras parentis sui offensiones; neque reditu Silani dissoluta,

(a) *Qui per insignem nobilitatem et eloquentiam præcellebat.* Videtur admittenda Acidalii emendatio, legentis *qui super insignem nobilitatem, et eloquentia præcellebat.*

conterò brevemente il suo caso. Fu Augusto come nelle pubbliche cose felice, così disgraziato nelle domestiche per l'impudicizia della figlia e della nipote. Cacciando queste di Roma, facendo o fuggire o morire i lor drudi, e chiamando i divulgati adulterj col grave nome di delitti contro la religione e lo stato, si allontanò dalla clemenza de' suoi maggiori e delle stesse sue leggi. Ma narrerò il fine degli altri, e insiem le cose di quella età, se terminate queste, che ho intraprese, avrò vita da scriverne anche più. D. Silano dopo l'adulterio colla nipote d'Augusto non sentì intimarsi pena più grave che la perdita dell'amicizia di Cesare, ma ben comprese venirgli accennato l'esilio; nè prima dell'impero di Tiberio osò chieder grazia al senato ed al Principe; fidato sulla potenza del fratello M. Silano famoso oltrechè per nobiltà ancor per facondia. Ma Tiberio a Silano che il ringraziò alla presenza de' padri rispose, *rallegrarsi ancor esso che fosse suo fratel ritornato dal lungo pellegrinaggio*, *e ritornato per suo diritto* (20); *non essendo stato cacciato per decreto del senato o per legge: ma rimaner fermi presso di sè i disgusti di suo padre contro di lui; nè col*

quæ Augustus voluisset. *Fuit posthac in Urbe, neque honores adeptus est.*

Papia Poppea lex, ad id tempus asperius exercita, mollitur a Tiberio, et nexus ejus exsolvuntur. Legum initia et vices.

XXV. *Relatum deinde de moderanda Papia Poppæa, quam senior Augustus, post Julias rogationes, incitandis* (a) *cælibum pœnis, et augendo ærario sanxerat: nec ideo conjugia et educationes liberûm frequentabantur, prævalida orbitate* (b). *Ceterum multitudo periclitantium gliscebat, cum omnis domus delatorum interpretationibus* (c) *subverteretur: utque antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur. Ea res admonet, ut de principiis juris, et quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum perventum sit, altius disseram.*

XXVI. *Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine pœna aut coercitionibus, agebant: neque præmiis opus erat, cum honesta suopte inge-*

(a) *Incitandis*, i. e. augendis atque intendendis cælibum pœnis, et *augendo ærario*. Nam ea lege cælibum legata et hereditates in ærarium petebantur.

(b) *Prævalida orbitate*. Eo quod orbi donis ac muneribus ca-

di lui ritorno annullarsi le disposizioni d'Augusto: Visse poscia in Roma, ma senza onori.

Tiberio modera la legge Papia Poppea troppo aspramente esercitata fino a que' tempi, e ne scioglie i dubbj. Origine e vicende delle leggi.

XXV. Fu poi proposto di moderar la legge Papia Poppea, che dopo le Giulie ratificò il vecchio Augusto per maggiormente punire i celibi, ed impinguare l'erario (21); nè perciò crebbero i maritaggi e i figliuoli, prevalendo il comodo di non averli. Ma cresceva il pericolo di molte famiglie, che i delatori procuravan di rovinare coi lor cavilli; e come prima i delitti, così allora le leggi furon di danno. Il che mi muove ad investigare i principj del dritto, e come tanto a dì nostri si siano moltiplicate e variate le leggi.

XXVI. I primi mortali non guasti ancora da ree passioni vivean senza disonorarsi co' delitti, e perciò senza il freno delle pene: volendo naturalmente il bene non avean bisogno di pre-

ptabantur colebanturque.

(c) *Interpretationibus*. Quibus verba legis in tantum extendebant, ut nulla domus ab ipsorum iniquitate tuta esset.

nio peterentur ; et ubi nihil contra morem (a) *cuperent , nihil per metum vetabantur . At postquam exui æqualitas , et pro modestia ac pudore , ambitio et vis incedebat ; provenere dominationes : multosque apud populos æternum mansere . Quidam statim , aut postquam regum pertæsum , leges maluerunt . Hæ primo , rudibus hominum animis , simplices erant : maximeque fama celebravit Cretensium , quas Minos ; Spartanorum , quas Lycurgus ; ac mox Atheniensibus quæsitiores jam et plures Solon perscripsit . Nobis Romulus , ut libitum , imperitaverat : dein Numa religionibus et divino jure populum devinxit : repertaque quædam a Tullo et Anco : sed præcipuus Servius Tullius sanctor legum fuit , quis etiam reges obtemperarent .*

XXVII. *Pulso Tarquinio , adversum patrum factiones multa populus paravit tuendæ libertatis , et firmandæ concordiæ : creatique decemviri , et accitis , quæ usquam egregia , compositæ duodecim tabulæ , finis æqui juris* (b) . *Nam secutæ leges , etsi aliquando in maleficos ex delicto , sæpius tamen dissensione ordinum , et apiscendi inlicitos honores , aut pel-*

(a) *Contra morem* , i. e. æquitatem ab ipsa natura præscriptam .
(b) *Tabulæ , finis æqui juris* , i. e. quibus definitur et absolvitur veluti corpus quoddam æqui juris .

mj, e nulla bramando di male non gl' infrenava il timore. Ma cessata l'uguaglianza, e l'ambizione e la forza succedendo alla moderazione e al pudore, nacquero le signorìe, e presso molti popoli ebber sempre vigore. Alcuni subito, o dopo essersi annojati dei Re, voller piuttosto le leggi. Queste in quella prima rozzezza degli uomini furono semplici: quelle che Minosse diede ai Cretesi, e Licurgo agli Spartani son le più rinomate; più squisite e numerose ne prescrisse poi agli Ateniesi Solone. Romolo governò noi a suo talento; poi Numa soggettò il popolo col culto religioso e col diritto divino: alcune cose trovarono anche Tullo ed Anco; ma il principale autor di leggi, da osservarsi ancora dai Re, fu Servio Tullio.

XXVII. Cacciato Tarquinio, molto il popolo s'adoprò per difender contro le fazioni de' padri la libertà e stabilir la concordia: poi furon creati i Decemviri, che raccogliendo ovunque fosse il fior delle leggi, compilaron le dodici tavole, corpo perfetto di giusto dritto. Perocchè le leggi posteriori, sebbene qualche volta per punire i malfattori, pure più spesso furono violentemente fatte per le discordie degli ordini, e per acquistare illeciti onori, o per caccia-

lendi (a) *claros viros, aliaque ob prava per vim latæ sunt. Hinc Gracchi, et Saturnini, turbatores plebis: nec minor largitor* (b), *nomine senatus, Drusus; corrupti spe, aut inlusi per intercessionem socii. Ac ne bello quidem Italico, mox civili, omissum, quin multa et diversa sciscerentur; donec L. Sulla, dictator, abolitis vel conversis prioribus, cum plura addidisset, otium ejus rei* (c) *haud in longum paravit; statim turbidis Lepidi rogationibus, neque multo post tribunis reddita licentia, quoquo vellent, populum agitandi. Jamque non modo in commune, sed in singulos homines latæ quæstiones: et corruptissima republica plurimæ leges.*

XXVIII. *Tum Cn. Pompejus, tertium consul, corrigendis moribus delectus, et gravior remediis, quam delicta erant, suarumque legum auctor idem ac subversor, quæ armis tuebatur, armis amisit. Exin continua per viginti annos discordia: non mos, non jus: deterrima quæque impune; ac multa honesta exitio fuere. Sexto demum consulatu Cæsar Augustus, potentiæ securus, quæ triumviratu jusserat, abo-*

(*a*) *Apiscendi . . . pellendi*. Nota ellipsin Tacito familiarem, qui omittit, *causa*, *gratia*.

(*b*) *Largitor*. Pravis largitionibus, quas senatus nomine faciebat, turbas excitans.

(c) *Otium ejus rei*. Nempe legum ferendarum.

re illustri cittadini e far altri mali. Quindi i Gracchi e i Saturnini perturbatori della plebe, e Druso non men di loro colle largizioni fatte a nome del senato; quindi gli alleati sedotti colla speranza, o colle opposizioni delusi. Neppur nella guerra Italica e poi civile si tralasciò di far molte e contrarie leggi; finchè L. Sulla dittatore abolite o trasformate le antiche, e aggiuntene molte impedì, ma per poco tempo, di farne più; poichè Lepido turbando le cose ne propose subito altre, e fu poco dopo renduta ai tribuni la licenza di trarre il popolo dovunque volessero. Nè solo in risguardo al comune, ma ai particolari eziandio si fecer leggi, cresciute poi a dismisura nella massima corruzione della repubblica.

XXVIII. Allora Cn. Pompeo nel terzo suo consolato eletto a riformare i costumi usò rimedj più dannosi de' delitti (22); fece leggi e disfece, finchè coll'armi perdè ciò che difendeva coll' armi. Quindi continua discordia per venti anni: non più costume, non più giustizia: le azioni più cattive impunite; e spesso le buone cagione di morte. Finalmente Cesare Augusto nel sesto consolato, sicuro già dell'impero annullò ciò che avea comandato nel trium-

levit: deditque jura, quis pace et Principe uteremur: acriora (a) *ex eo vincla, inditi custodes, et lege Papia Poppæa præmiis inducti, ut, si a privilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret. Sed altius penetrabant* (b); *Urbemque, et Italiam, et quod usquam civium, corripuerant: multorumque excisi status, et terror omnibus intentabatur; ni Tiberius statuendo remedio, quinque consularium, quinque e prætoriis, totidem e cetero senatu sorte duxisset: apud quos exsoluti plerique legis nexus modicum in præsens levamentum fuere.*

XXIX. *Per idem tempus Neronem, e liberis Germanici jam ingressum juventam, commendavit patribus; utque* munere capessendi vigintiviratus solveretur, et quinquennio maturius, quam per leges, quæsturam peteret, *non sine inrisu audientium postulavit. Prætendebat* sibi atque fratri decreta eadem, petente Augusto: *sed neque tum fuisse dubitaverim, qui ejusmodi preces occulti inluderent: ac tamen initia fastigii Cæsaribus erant: magisque in oculis vetus mos, et privignis cum vitrico levior ne-*

(a) *Acriora*. Legunt Pichena et Lipsius, *arctiora ex eo*, i. e. exinde. *Inditi custodes*. Delatores et accusatores velut legum custodes impositi, et præmiis ad accusandum invitati, *ut si*. Codex ms. habet *visi*. Correxit Lipsius ex conjectura, qua locum

virato; e diede legge di pace (23), ma sotto governo di Principe. Quindi legami anco più stretti; spie apposte, e co' premj della legge Papia Pompea indotte a cercare chi non avendo i privilegi de' (24) padri tenesse beni da ricadere al popolo come padre comune di tutti. Ma passaron più oltre: assaliron Roma ed Italia e cittadini per tutto: molti rimasero senza sostanze, tutti erano atterriti: al fin Tiberio vi pose rimedio traendo a sorte cinque consolari, cinque già pretori ed altrettanti semplici senatori, i quali sciogliendo molti nodi di quella legge recarono per allora qualche sollievo.

XXIX. In questo tempo pregò i padri non senza riso di chi l'udiva, che Nerone figlio di Germanico, già fatto giovane, potesse senza entrare nel magistrato de' venti (25) concorrere alla questura, cinque anni prima del tempo prescritto dalle leggi, sotto pretesto che il medesimo privilegio era stato decretato a lui ed al fratello a richiesta d'Augusto. Io non dubito che anche allora fossero occultamente derise tali istanze (26); ma la potenza de' Cesari era allora nascente, più sotto gli occhi l'antico costume, e minore l'attenenza de' figlia-

persanavit, non jam asterisco, ut antea, notandum.

(*b*) *Altius penetrabant*. Nempe delatores et accusatores. Vide de hac re Plinii paneg. 35.

cessitudo, quam avo adversum nepotem. Additur pontificatus, et quo primum die forum ingressus est, congiarium plebi, admodum lætæ, quod Germanici stirpem jam puberem aspiciebat. Auctum dehinc gaudium nuptiis Neronis et Juliæ, Drusi filiæ. Utque hæc secundo rumore, ita adversis animis acceptum, quod filio Claudii socer Sejanus destinaretur: polluisse nobilitatem familiæ videbatur, suspectumque jam nimiæ spei Sejanum ultro (a) *extulisse.*

L. Volusii et Sallustii Crispi, insignium virorum, obitus.

XXX. *Fine anni concessere vita insignes viri, L. Volusius, et Sallustius Crispus. Volusio vetus familia, neque tamen præturam egressa: ipse consulatum intulit, censoria etiam potestate legendis equitum decuriis functus, opumque, quis domus illa immensum viguit, primus adcumulator. Crispum, equestri ortum loco, C. Sallustius, rerum Romanarum florentissimus auctor, sororis nepotem in nomen adscivit: atque ille, quamquam prompto ad capessendos*

(a) *Ultro.* Hæc vocula notat quidpiam ab aliquo fieri contra quam oporteat, aut exspectetur ab eo. Codex habet *ultra*, supple, *quam satis esset*: idque expressit Ernestus.

stri col pàtrigno, che del nipote coll' avo. Ebbe di più anche il pontificato, e nel primo dì che presentossi nel foro (27) fu distibuito un donativo alla plebe, oltremodo lieta per vedere un figliuol di Germanico giunto alla pubertà. Crebbe il gaudio per le nozze di lui con Giulia figlia di Druso (28). E come queste cose con piacere, così con dispiacere s' intese che Sejano si destinava suocero al figlio di Claudio: parendo che Cesare così macchiasse la nobiltà della famiglia, e volesse troppo inalzare chi già era sospetto di tròppo alte speranze.

Morte di due insigni personaggi,
L. Volusio e Sallustio Crispo.

XXX. Sul fin di quest' anno morirono due grand' uomini, L. Volusio e Sallustio Crispo. Volusio introdusse il consolato nella sua famiglia antica sì ma onorata solo colla pretura: ebbe ancora la potestà censoria (29) per la scelta delle decurie de' cavalieri; e il primo radunò quelle ricchezze, per cui la sua casa ebbe immenso vigore. Crispo nato cavaliere fu nipote della sorella di C. Sallustio fioritissimo scrittore delle cose Romane, che lo adottò nella sua famiglia; benchè potesse facilmente arrivare agli

honores aditu, Mæcenatem æmulatus, sine dignitate senatoria multos triumphalium, consulariumque potentia anteiit: diversus a veterum instituto, per cultum et munditias; copiaque et affluentia, luxu (a) *propior: suberat tamen vigor animi, ingentibus negotiis par; eo acrior, quo somnum et inertiam magis ostentabat. Igitur, incolumi Mæcenate, proximus; mox præcipuus, cui secreta imperatorum inniterentur, et interficiendi Postumi Agrippæ conscius, ætate provecta speciem magis in amicitia principis, quam vim tenuit. Idque et Mæcenati acciderat; fato potentiæ, raro sempiternæ: an satias capit, aut illos, cum omnia tribuerunt, aut hos, cum jam nihil reliquum est, quod cupiant?*

An. U. C. DCCLXXIV. Aer. Chr. 21.

Tiberius in Campaniam concedit.

XXXI. *Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filii collegio insignis: nam biennio ante, Germanici cum Tiberio idem honor, nec patruo lætus, neque na-*

(a) *Luxu*, pro luxui, *propior*. Qui ita luxum inter et antiquam parcimoniam medius esset, ut tamen in alteram magis propenderet.

onori, emulando Mecenate fu senza dignità senatoria più potente di molti decorati di trionfo e di consolato: per eleganza di vivere si discostò dagli antichi costumi; e per magnificenza e liberalità accostavasi al lusso. Ma era d'animo vigoroso e atto ai grandi affari: tanto più spiritoso, quanto più si mostrava sonnacchioso e da poco. Vivo Mecenate fu il secondo, lui morto il primo, a cui s'affidassero i segreti imperiali: fu consapevole della morte di Postumo Agrippa, ed invecchiato ritenne più l'apparenza che la forza della grazia del Principe. Lo stesso già acccadde a Mecenate: destino del gran potere, che rade volte è durevole; forse perchè vengonsi egualmente a noja, e chi non ha che più dare, e chi non ha più che bramare.

Anno di Roma DCCLXXIV. di Cristo 21.

Tiberio si ritira nella Campania.

XXXI. Tiberio consolo per la quarta volta, Druso per la seconda, padre e figlio colleghi resero memorabil quest'anno: due anni prima ebbe Germanico lo stesso onore col zio Tiberio, ma non gli era sì grato, nè sì congiunto

tura tam connexus fuerat. Ejus anni principio Tiberius, quasi firmandæ valetudini, in Campaniam concessit, longam et continuam absentiam paullatim meditans; sive ut, amoto patre, Drusus munia consulatus solus impleret. Ac forte parva res, magnum ad certamen progressa, præbuit juveni materiem apiscendi favoris. Domitius Corbulo, prætura functus, de L. Sulla, nobili juvene, questus est apud senatum, quod sibi, inter spectacula gladiatorum, loco non decessisset. *Pro Corbulone ætas, patrius mos, studia seniorum erant: contra Mamercus Scaurus, et L. Arruntius, aliique Sullæ propinqui nitebantur: certabant orationibus, et memorabantur* exempla majorum, qui juventutis inreverentiam gravibus decretis notavissent: *donec Drusus apta temperandis animis disseruit; et satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullæ, et oratorum ea ætate uberrimus erat. Idem Corbulo*, plurima per Italiam itinera, fraude mancipum (a) et incuria magistratuum, interrupta et impervia *clamitando, exsecutionem ejus negotii libens suscepit: quod haud perinde publice usui habitum, quam exitiosum multis, quo-*

(a) *Mancipum*. Mancipes hic dicuntur, qui vias publicas reficiendas quæstus sui causa redemerant.

di sangue. Sul principio di quest'anno Tiberio come per ristabilirsi in salute passò nella Campania, pensando di allontanarsi a poco a poco per lungo e continuato tempo, o di lasciare al solo Druso l'esercizio del consolato in assenza del padre. Una picciola cosa divenuta poi materia di gran contesa diede per avventura occasione al giovane di farsi merito. Domizio Corbulone già pretore si lagnò in senato che L. Sulla giovine nobile non gli avea ceduto il luogo ne' giuochi de' gladiatori (30). L'età, il costume patrio, il favore de' vecchi erano per Corbulone: per Sulla, Mamerco Scauro e L. Arrunzio ed altri suoi congiunti: dopo le discordi dicerie e gli esempj addotti de' maggiori, che con severi decreti punirono i giovani irriverenti, Druso parlando acconciamente temprò gli sdegni, sicchè Mamerco zio e patrigno di Sulla, ed oratore a que' tempi eloquentissimo appagò Corbulone. Il quale poi prendendo a strepitare su moltissime strade d'Italia rotte ed impraticabili per frode degli appaltatori ed incuria de' magistrati, prese volentieri l'incarico di risarcirle; ma il vantaggio che recò al pubblico fu minore del danno

rum in pecuniam atque famam damnationibus et hasta (a) *sæviebat*.

Iterum Africam incurrit Tacfarinas : cui tutandæ Junius Blæsus deligitur.

XXXII. *Neque multo post missis ad senatum literis Tiberius*, motam rursum Africam incursu Tacfarinatis *docuit* ; judicioque patrum deligendum proconsulem, gnarum militiæ, corpore validum, et bello suffecturum : *quod initium Sex. Pompejus agitandi adversus M. Lepidum odii nactus*, ut socordem, inopem, et majoribus suis dedecorum, eoque etiam Asiæ sorte depellendum (b), *incusavit* ; *adverso senatu*, *qui* Lepidum mitem magis, quam ignavum, paternas ei angustias, et nobilitatem sine probro actam, honori quam ignominiæ habendam *ducebat*. *Igitur missus in Asiam*. *Et de Africa decretum*, ut Cæsar legeret, cui mandanda foret.

XXXIII. *Inter quæ Severus Cæcina censuit*, ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, uxor comitaretur : *multum ante repetito*, concordem sibi conjugem, et sex partus eni-

(a) *Hasta*. Publica bonorum auctione, cujus signum hasta.
(b) *Asiæ sorte depellendum*. Asiam et Africam quotannis duo e consularibus vetustissimi sortiebantur : cum autem de Africa Cæsari permitteretur, restabat Asia sola, quæ ad Manium Lepidum,

che fece a molti, contro la roba e fama dei quali incrudelì colle condanne e cogl' incanti.

Nuova scorrerìa di Tacfarinate nell' Africa: Giunio Bleso scelto a difenderla.

XXXII. Poco dopo Tiberio scrisse al senato, esser l'Africa di nuovo in moto per le scorrerìe di Tacfarinate: scegliesse un proconsole sperto in armi e robusto e atto a tal guerra. Quindi Sesto Pompeo prese motivo di sfogar l'odio suo contro M. Lepido, accusandolo come codardo, bisognoso e disonorante i suoi maggiori, e perciò indegno ancora dell' Asia toccatagli in sorte. Il senato al contrario lo riputò anzi mansueto che vile, e degno piuttosto d' onore che d' infamia per non aver mai nella scarsezza de' beni paterni macchiato la sua nobiltà. Fu adunque mandato in Asia; ed intorno all' Africa si decretò che Cesare scegliesse a chi darne il governo.

XXXIII. Allora Severo Cecina propose che niun magistrato andasse nella provincia accompagnato dalla moglie, avendo prima più volte addotto l'esempio dato in sua casa di ciò che

quippe vetustissimum e consularibus, etiam sine sortitione, pertinebat.

xam : seque , quæ in publicum statueret , domi servavisse , cohibita intra Italiam , quamquam ipse plures per provincias quadraginta stipendia explevisset . Haud enim frustra placitum olim , ne feminæ in socios aut gentes externas traherentur : inesse mulierum comitatui , quæ pacem (a) luxu , bellum formidine morentur , et Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus convertant . Non imbecillum tantum , et imparem laboribus sexum ; sed , si licentia adsit , sævum , ambitiosum , potestatis avidum : incedere inter milites , habere ad manum centuriones : præsedisse (b) nuper feminam exercitio cohortium , decursu legionum . Cogitarent ipsi , quotiens repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari : his statim adhærescere deterrimum quemque provincialium : ab his negotia suscipi , transigi : duorum egressus coli , duo esse prætoria ; pervicacibus magis et impotentibus mulierum jussis , quæ Oppiis quondam , aliisque legibus constrictæ , nunc , vinculis exsolutis , domos , fora , jam et exercitus regerent .

XXXIV. *Paucorum hæc adsensu audita ; plures obturbabant* , neque relatum de negotio;

(a) *Quæ pacem* . Quæ pacis commoda luxu corrumpant , res vero bellicas metu præpediant .

(b) *Præsedisse . . . decursu* , pro decursui : quod sane frequens :

in pubblico proponeva: *aver esso moglie concorde e madre di sei figliuoli; eppure in quarant' anni che avea militato* (31) *in più provincie, averla tenuta sempre in Italia. Non essersi invano stabilito dagli antichi di non condurre fra gli alleati o stranieri le donne: il cui seguito guasta la pace col lusso, col timore la guerra, e cangia la marcia de' Romani in marcia di barbari. Esser quel sesso non solo debole e mal' atto alle fatiche, ma se occasion gli si porge, crudele, ambizioso, avido di comando: marciar tra i soldati, comandare ai centurioni: aver non ha guari una femina* (32) *preseduto agli esercizj delle coorti, alle corse delle legioni. Pensassero, che nelle querele di concussione la maggior parte de' delitti apponevasi alle mogli: aderir subito a queste i peggiori de' provinciali: queste intraprendere, decider queste gli affari: frequentarsi due corti, erigersi due tribunali* (33): *ai comandi delle donne, più prepotenti e superbi, essersi già contrapposte le leggi Oppie ed altre; ma rotto ora ogni freno regger esse le case, i fori, ormai anche gli eserciti.*

XXXIV. Pochi assentirono al suo parere, molti l' interrupper dicendo: *non essere stata*

unde notat Ryckius tertium casum in ejusdem generis nominibus in *i* et *ui* terminari.

neque Cæcinam dignum tantæ rei censorem. *Mox Valerius Messalinus, cui parens Messala, ineratque imago paternæ facundiæ, respondit*: Multa duritiæ veterum in melius et lætius mutata (a). Neque enim, ut olim, obsideri Urbem bellis, aut provincias hostiles esse; et pauca feminarum necessitatibus concedi, quæ ne conjugum quidem penates, adeo socios non onerent: cetera promiscua cum marito, nec ullum in eo pacis impedimentum. Bella plane accinctis obeunda: sed revertentibus post laborem, quod honestius, quam uxorium, levamentum? At quasdam in ambitionem, aut avaritiam prolapsas. Quid? ipsorum magistratuum nonne plerosque variis libidinibus obnoxios? non tamen ideo neminem in provinciam mitti. Corruptos sæpe pravitatibus uxorum maritos: num ergo omnes cælibes integros? Placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus reipublicæ postulantibus: remissum aliquid postea, et mitigatum, quia expedierit. Frustra nostram ignaviam alia ad vocabula transferri: nam viri in eo culpam, si femina modum excedat: porro ob unius aut alterius imbecillum animum, male eripi maritis consortia rerum secundarum adversarumque.

(a) *Multa . . . in melius . . . mutata*. Codex omittit præpositionem *in*, quam cum Ernesto restituimus, et quam solet addere Tacitus, ut infra 54. *Divites satias in melius mutet*.

questa cosa proposta, e meritar altro riformator che Cecina. Indi Messalino figliuol di Messala, e ritratto della paterna facondia rispose: *essersi molte antiche durezze ammollite e migliorate: ora non esser più Roma, come prima, assediata da guerre, nè guerra intimar le provincie; e tanto poco concedersi alle necessità delle mogli, che non aggrava, non che gli alleati, neppur le case de'mariti. Ciò che esse han di comune con loro* (34) *non poter disturbare la pace. La guerra certo doversi far senza imbarazzo; ma al ritorno dalle fatiche qual sollievo più onesto delle mogli? Se sono state alcune ambiziose od avare, la maggior parte de'magistrati non esser forse a varie cupidigie soggetta? Eppur mandarsi a governar le provincie. Avere spesso le mogli corrotto colle loro malvagità i mariti: dunque esser tutti i celibi innocenti? Esser piaciute una volta le leggi Oppie, perchè cosi richiedevano i tempi della repubblica: ma esser poi stato espediente di moderarne il rigore. Se femina esce de' termini, doversi ascrivere alla dappocagine del marito, che noi a torto chiamiamo con altri nomi: ingiustamente poi per la debolezza d'uno o di due torsi ai mariti chi seco goda nel bene, o si rattristi seco nel male.*

Simul sexum natura invalidum deseri, et exponi suo luxu, cupidinibus alienis. Vix præsenti custodia manere illæsa conjugia: quid fore, si per plures annos in modum discidii obliterentur? Sic obviam irent iis, quæ alibi peccarentur, ut flagitiorum Urbis meminissent. *Addidit pauca Drusus de matrimonio suo*: Nam Principibus adeunda sæpius longinqua imperii. Quotiens divum Augustum in Occidentem atque Orientem meavisse, comite Livia? se quoque in Illyricum profectum; et, si ita conducat, alias ad gentes iturum, haud semper æquo animo, si ab uxore carissima, et tot communium liberorum parente, divelleretur. *Sic Cæcinæ sententia elusa.*

XXXV. *Et proximi senatus die, Tiberius, per literas castigatis oblique patribus*, quod cuncta curarum ad Principem rejicerent, *M. Lepidum* (a) *et Junium Blæsum nominavit*: *ex quîs proconsul Africæ legeretur. Tum audita amborum verba, intentius excusante se Lepido, cum* valetudinem corporis, ætatem liberûm, nubilem filiam, *obtenderet*: *intelligereturque etiam, quod silebat, avunculum esse Sejani*

(a) *M. Lepidum*. Ryckius, hic et aliis locis scribit *Marcum Lepidum*, aitque hanc esse primitivam lectionem, quam Lipsius mutarat scribendo *Manium*. Nempe duo Lepidi in historia Tiberii reperiuntur: hunc quem Augustus imperii capacem dixerat Ann. 1, 13. *Marcum* vocari docet Rupertus. Mors ejus traditur Ann. 6, 27. Alter prænomine *Manius* sororem Æmiliam Lepidam defendit Ann. 3,

Quel sesso debole per natura, abbandonato che sia, esporsi alle sue vanità, all' altrui cupidigie. Appena rimaner illesi i matrimonj colle cautele de' mariti presenti; che sarebbe se per più anni si abbandonassero a guisa di divorzio? Rimediasser pur ai disordini di fuori, ma non dimenticasser gli scandali della città. Poche cose aggiunse Druso intorno alla sua moglie: *spesso doversi i Principi portare alle estremità dell' Impero. Quante volte il divo Augusto esser ito con Livia in Occidente e in Oriente? Ancor esso nell' Illiria; pronto ad andare in altre parti se occorra; ma non sempre volentieri se dovesse staccarsi dall' amatissima consorte, madre di tanti comuni figliuoli.* Così il parer di Cecina andò a voto.

XXXV. Radunatosi il dì seguente il senato si lesser lettere di Tiberio, in cui dopo avere obliquamente ripreso i padri, perchè a lui rimettevan tutte le cure, nominava M. Lepido e Giunio Bleso, tra cui scegliessero il proconsolo dell'Africa. Amendue si scusarono: Lepido con maggior istanza, allegando la poca sanità, l' età de' figli, la figlia nubile: comprendevasi ancora ciò che taceva; esser Bleso zio materno di Se-

22. Asiæ proconsul eodem libro 32, et Ann. 4, 56 quamquam de Asiæ proconsule dubitat Ernestus utrum sit idem cum Manio, an tertius aliquis Lepidus, cui prænomen Marcus fuerit.

Blæsum, atque eo prævalidum. Respondit Blæsus specie recusantis, sed neque eadem adseveratione, et consensu adulantium haud jutus est (a).

XXXVI. *Exin promptum, quod multorum intimis questibus tegebatur. Incedebat enim deterrimo cuique licentia, impune probra et invidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Cæsaris: libertique etiam ac servi, patrono vel domino, cum voces, cum manus intentarent, ultro metuebantur. Igitur C. Cestius senator disseruit*: Principes quidem instar deorum esse, sed neque a diis nisi justas supplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliave Urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. Abolitas leges, et funditus versas, ubi in foro, in limine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub judice damnavisset (b), probra sibi et minæ intendantur, neque ipse audeat jus experiri, ob effigiem Imperatoris oppositam. *Haud dissimilia alii; et quidam atrociora circumstrepebant; precabanturque Dru-*

(a) *Consensu adulantium haud jutus est*. Non eum juverunt recusantem adulatores; sed consensu impulerunt ut cederet. Ita hunc locum dedimus ex emendatione Jac. Gronovii, quam firmat scriptura codicis *haud justus est*. Pro his editi habent *auditus est*; qua voce Taciti mentem minime repræsentari recte observat J. Fr. Gronovius. Nam si consensu adulantium auditus esset, videretur ei contigisse quod desiderare se fingebat, et valuisse excusatio. Participium *jutus* usurpat Tacitus Ann. 14, 4. Delectari eum simplicibus non ad-

jano, e perciò dover prevalere. La scusa di Bleso fu più apparente che risoluta, ma non glie la menarono buona gli adulatori.

XXXVI. Indi fu messa fuori una querela che sotto segreto disgusto stavasi occulta. I più ribaldi di Roma abbracciando la statua di Cesare (35) potevano impunemente ingiuriare e screditare i buoni: anche i liberti ed i servi spaventavano i padroni, minacciando or colla voce or colle mani: onde C. Cestio senatore disse: *essere i Principi somiglianti agli Dei, ma neppur gli Dei esaudir le preghiere se non son giuste: nè alcuno ricorrere al Campidoglio o ad altro tempio di Roma per servirsi a mal fare di quell' asilo. Essere abolite e schiantate le leggi, dacchè esso stesso nel foro e sulla soglia della curia era con villanie e minacce insultato da Annia Rufilla, per averla fatta in giudizio condannar qual falsarda; nè avea coraggio di chiederne ragione per l' interposta statua dell' Imperadore*. Simili cose altri, ed alcuni ancor più atroci strepitando allegavano, e pregavan Druso a

modum usitatis observat Ernestus. Sic *paratus*, pro *apparatus*, *firmare*, pro *affirmare*, *premere*, pro *opprimere*.

(*b*) *Quam . . . sub judice damnavisset*. Quam legitime accusatam a se judex damnavisset. Damnare dicuntur accusatores, qui efficiunt ut quis damnetur.

sum, daret ultionis exemplum: *donec accitam convictamque attineri publica custodia jussit*.

Equites aliquot Romani majestatis damnantur.

XXXVII. *Et Considius Aequus, et Cœlius Cursor equites Romani, quod fictis majestatis criminibus Magium Cæcilianum, prætorem, petivissent, auctore Principe, ac decreto senatus puniti. Utrumque in laudem Drusi trahebatur*: ab eo, in Urbe inter cœtus et sermones hominum obversante, secreta patris mitigari. *Neque luxus in juvene adeo displicebat*: huc potius intenderet, diem editionibus (a), noctem conviviis traheret, quam solus et nullis voluptatibus avocatus, mæstam vigilantiam, et malas curas exerceret.

Thracum discordia.

XXXVIII. *Non enim Tiberius, non accusatores fatiscebant. Et Ancharius Priscus Cæsium Cordum, proconsulem Cretæ, postulaverat repetundis; addito majestatis crimine, quod tum omnium accusationum complementum erat.*

(a) *Editionibus*. Spectaculis. Prius legebatur *ædificationibus*: correxit Lipsius.

dar un esempio di rigore: finchè chiamata e convinta la donna fu fatta carcerare da lui.

Alcuni cavalieri Romani condannati per aver dato falsa querela di maestà.

XXXVII. Considio Equo e Celio Cursore cavalieri Romani furon per ordin del Principe e decreto del senato puniti, per aver dato falsa querela di maestà a Magio Ceciliano pretore. Fu Druso lodato per l'uno e l'altro giudizio; e ancora perchè framischiandosi e ragionando colla gente mitigava la ritiratezza del padre; nè dispiacendo gran fatto il lusso in un giovane, amavano ch'ei ci fosse inclinato, passasse il giorno negli spettacoli, ne' banchetti la notte, anzichè solo e non distratto da alcun piacere si occupasse vegliando in cure tetre e maligne.

Discordie nella Tracia.

XXXVIII. Poichè nè Tiberio, nè gli accusatori stancavansi. Ancario Prisco aveva accusato di concussioni Cesio Cordo proconsolo di Creta, incolpandolo ancora di maestà, che questa allora, mancando altre accuse, suppliva a tutte (36). E

Cæsar Antistium Veterem, e primoribus Macedoniæ, absolutum adulterii, increpitis judicibus, ad dicendam majestatis causam retraxit, ut turbidum, et Rhescuporidis consiliis permixtum, qua tempestate Cotye, fratris F. (a) *interfecto, bellum adversus nos volverat. Igitur* aqua et igni interdictum reo, *adpositumque* ut teneretur insula, neque Macedoniæ, neque Thraciæ opportuna. *Nam Thracia, diviso imperio in Rœmetalcen et liberos Cotyis, quís ob infantiam tutor erat Trebellienus Rufus, insolentia nostri discors agebat; neque minus Rhœmetalcen, quam Trebellienum incusans popularium injurias inultas sinere. Cœletæ* (b), *Odrysæque, et Dii, validæ nationes, arma cepere, ducibus diversis et paribus inter se per ignobilitatem: quæ causa fuit, ne in bellum atrox coalescerent: pars turbant præsentia: alii montem Hæmum transgrediuntur, ut remotos populos concirent: plurimi ac maxime compositi regem, urbemque Philippopolim a Macedone Philippo sitam, circumsidunt.*

XXXIX. *Quæ ubi cognita P. Vellejo, (is proximum exercitum præsidebat) alarios equites* (c), *ac leves cohortium mittit in eos, qui*

(*a*) *Cotye fratris F.* Sic legit Muretus ex Ann. 2, 64. Alii legunt *Cotye fratre.*

(*b*) *Cœletæ.* Sic legendum videtur ex Livio 38, 40. Alii legunt *Cœlaletæ, Odrusæque et alii;* quæ vox *alii* cum eo quod sequitur

Cesare ripresi i giudici per aver assoluto dall'accusa di adulterio Antistio Vetere un de' grandi di Macedonia lo richiamò a difendersi di maestà, come uomo torbido e partecipe de' consigli di Rescuporide, in quel tempo che questi ucciso il nipote Coti macchinava la guerra contro di noi. Fu dunque privato d'acqua e di fuoco, e confinato in un'isola lontana dalla Macedonia e dalla Tracia. Perocchè la Tracia, divisone il regno tra Remetalce e i piccioli figliuoli di Coti, a cui fu dato per tutore Trebelliano Rufo, non avvezza al nostro governo era discorde; accusando Remetalce non meno che Trebelliano, che lasciassero impunite le ingiurie fatte alla nazione. I Celeti, gli Odrisj, e i Dii, nazioni forti, preser le armi sotto diversi comandanti: ma essendo tutti di poco conto, non s'unirono a far guerra da spaventare: parte infestano il paese, parte per sollevare i popoli lontani passano il monte Emo, i più ed i meglio agguerriti assediano il Re in Filippopoli, città fabbricata da Filippo il Macedone.

XXXIX. P. Vellejo, che comandava l'esercito vicino, non tosto il riseppe, che mandò

non convenit: unde videtur cum Lipsio legendum et *Dii*; qui populi Rhodopen maxime incoluere.

(c) *Alarios equites*. Qui et *alares* absolute dicuntur: socialem equitatum.

prædabundi, aut adsumendis auxiliis, vagabantur: ipse robur peditum, ad exsolvendum obsidium, ducit. Simulque cuncta prospere acta, cæsis populatoribus, et dissensione orta apud obsidentes, regisque opportuna eruptione, et adventu legionis: neque aciem aut prœlium dici decuerit, in quo semermes ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine.

Galliarum civitates rebellant, ducibus Julio Sacroviro et Julio Floro. At infeliciter. A legionibus Germanicis copiæ earum cæsæ: et ipsæ ad vetus jugum retractæ.

XL. *Eodem anno Galliarum civitates, ob magnitudinem æris alieni, rebellionem cæptavere: cujus exstimulator acerrimus inter Treveros Julius Florus, apud Aeduos Julius Sacrovir: nobilitas ambobus, et majorum bona facta, eoque Romana civitas olim data, cum id rarum, nec nisi virtuti pretium esset. Ii secretis conloquiis, ferocissimo quoque adsumpto, aut quibus ob egestatem, ac metum ex flagitiis maximà peccandi necessitudo, componunt,*

cavalli ausiliarj e fanti spediti contro coloro, che sparsi quà e là andavan predando o raccogliendo ajuti; esso col nerbo della fanteria accorse a scioglier l'assedio. Tutto riuscì felicemente per la strage dei predatori, per la discordia nata tra gli assedianti, per l'opportuna sortita del Re, e per l'arrivo della legione; nè quella meritò d'esser chiamata battaglia, in cui gente quasi inerme e dispersa senza nostro sangue fu trucidata.

Ribellione infelice delle città delle Gallie, stimolate da Giulio Sacroviro e Giulio Floro. Le legioni Germaniche trucidano le loro truppe; esse ritornano sotto il giogo antico.

XL. In quest'anno le città delle Gallie oppresse dai debiti cominciarono a ribellarsi: i più fieri istigatori furono Giulio Floro fra i Treveri, e fra gli Edui Giulio Sacroviro, discendenti amendue da illustri e prodi maggiori, e perciò ascritti alla cittadinanza Romana, quando questo premio era raro e conceduto solo alla virtù. Questi ammettendo ai secreti colloquj i più feroci, o chi per povertà e timore d'esser punito era più ch'altri necessitato a mal fare, convengono di sollevare, Floro

Florus Belgas, *Sacrovir propiores Gallos concire*. *Igitur per conciliabula et cœtus seditiosa disserebant*, de continuatione tributorum, gravitate fenoris, sævitia ac superbia præsidentium: et discordare militem, audito Germanici exitio: egregium resumendæ libertati tempus, si ipsi florentes, quam inops Italia, quam imbellis urbana plebes, nihil validum in exercitibus, nisi quod externum, cogitarent.

XLI. *Haud ferme ulla civitas intacta seminibus ejus motus fuit*: *sed erupere primi Andecavi* (a), *ac Turonii*: *quorum Andecavos Acilius Aviola legatus*, *excita cohorte*, *quæ Lugduni præsidium agitabat*, *coercuit*: *Turonii*, *legionario milite*, *quem Visellius Varro*, *inferioris Germaniæ legatus*, *miserat*, *oppressi*, *eodem Aviola duce*, *et quibusdam Galliarum primoribus*; *qui tulere auxilium*, *quo dissimularent defectionem*, *magisque in tempore efferrent*: *spectatus et Sacrovir*, *intecto capite pugnam pro Romanis ciens*, ostentandæ, *ut ferebat*, virtutis: *sed captivi*, ne incesseretur telis, agnoscendum se præbuisse, *arguebant*. *Consultus super eo Tiberius*, *aspernatus est indicium*, *aluitque dubitatione bellum*.

(a) *Andecavi*. Legit Marcius *Andegavi*.

i Belgi, Sacroviro i vicini Galli. Andavan dunque nelle conventicole e ne' cerchi sediziosamente ragionando della continuazion de' tributi, della gravezza delle usure (37), della crudeltà e superbia de' governanti: *udita la morte di Germanico i soldati esser discordi; questo il tempo opportuno per ricuperare la libertà, purchè pensassero tanto esser indebolita l'Italia, tanto imbelle la plebe urbana, quanto essi eran potenti; e il nerbo degli eserciti consister solo negli stranieri*.

XLI. Per quasi tutte le città si sparsero i semi di questa sommossa: i primi a sollevarsi furono gli Andecavi e i Turonj: Acilio Aviola legato frenò gli Andecavi chiamata la coorte che guerniva Lione, e i Turonj co' soldati legionarj mandati da Visellio Varrone legato della Germania inferiore, e cogli ajuti che alcuni grandi delle Gallie recarono per dissimulare la ribellione, e differirla a tempo più comodo. Tra i quali Sacroviro fu veduto combattere per li Romani a capo nudo, per mostrar, come diceva, coraggio; ma i prigioni rivelarono essersi dato a conoscere per non esser ferito. Di che consultato Tiberio disprezzò l'indizio, e col dubitarne nutrì la guerra.

XLII. *Interim Florus insistere destinatis, pellicere alam equitum, quæ conscripta Treveris, militia disciplinaque nostra habebatur, ut, cæsis negotiatoribus Romanis, bellum inciperet: paucique equitum corrupti, plures in officio mansere. Aliud vulgus obæratorum aut clientium arma cepit: petebantque saltus, quibus nomen* Arduenna, *cum legiones utroque ab exercitu, quas Visellius et C. Silius adversis itineribus objecerant, arcuerunt: præmissusque cum delectâ manu Julius Indus, e civitate eadem, discors Floro, et ob id navandæ operæ avidior, inconditam multitudinem adhuc disjecit. Florus incertis latebris victores frustratus, postremo, visis militibus* (a), *qui effugia insederant, sua manu cecidit: isque Treverici tumultus finis.*

XLIII. *Apud Aeduos major moles exorta, quanto civitas opulentior, et comprimendi procul præsidium. Augustodunum caput gentis, armatis cohortibus, Sacrovir occupaverat, et nobilissimam Galliarum subolem, liberalibus studiis ibi operatam, ut eo pignore parentes propinquosque eorum adjungeret: simul arma occulte fabricata juventuti dispertit. Quadra-*

(a) *Visis militibus*. Heinsius legebat, *obvius militibus*.

XLII. Frattanto Floro persisteva nell'impresa, allettando una compagnia di cavalli, arrolata da noi in Treveri e addestrata all' uso della nostra milizia, a romper la guerra coll' uccisione dei negozianti Romani: pochi furon corrotti, i più si mantenner fedeli. Un altra frotta di falliti o suoi clienti, prese le armi, marciava verso la selva chiamata *Arduenna*; ma la rispinsero le legioni che dall' uno e l' altro esercito mandaronle incontro Visellio e C. Silio per diverso cammino: e Giulio Indo della medesima nazione, ma discorde da Floro, e perciò più avido di quest' impresa, mandato innanzi con buona truppa sbaragliò quella ancora disordinata masnada. Floro imboscatosi deluse i vincitori: ma visti finalmente i soldati che gli avean chiusa l' uscita di sua mano s' uccise. Cosi finì il tumulto dei Treveri.

XLIII. Tanto maggiore fu la sommossa degli Edui, quanto più ricca è quella nazione, e più lungi eran le forze per raffrenarla. Avea Sacroviro con armate coorti occupato Augustoduno, capitale della nazione, e i giovani più nobili che v'erano a studio, per guadagnarsi con tal pegno i lor padri e congiunti: divise ancora fra la gioventù armi fabbricate di nascosto. Erano quaranta mila, la

ginta millia fuere, quinta sui parte legionariis armis, ceteri cum venabulis et cultris, quæque alia venantibus tela sunt: adduntur e servitiis gladiaturæ destinati, quibus, more gentico, continuum ferri tegimen (Crupellarios *vocant*) *inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Augebantur hæ copiæ, vicinarum civitatum, ut nondum aperta consensione, ita viritim promptis studiis et certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur; utroque bellum sibi poscente. Mox Varro invalidus senecta, vigenti Silio concessit.*

XLIV. *At Romæ* non Treveros modo et Aeduos, sed quatuor et sexaginta Galliarum civitates descivisse; adsumptos in societatem Germanos, dubias Hispanias; *cuncta* (*ut mos famæ*) *in majus credita. Optimus quisque reipublicæ cura mœrebat: multi odio præsentium, et cupidine mutationis, suis quoque periculis lætabantur, increpabantque Tiberium,* quod in tanto rerum motu, libellis accusatorum insumeret operam. An Julium Sacrovirum majestatis crimine reum in senatu fore? exstitisse tandem viros, qui cruentas epistolas armis cohiberent: miseram pacem vel bello bene mutari. *Tanto*

quinta parte armati da legionarj, gli altri di spiedi e coltelli ed altre armi da caccia: v' aggiunse i servi destinati per gladiatori, che ricoperti all' uso della nazione d' una piastra di ferro sono inabili a ferire, impenetrabili alle ferite: si chiamano *Crupellaj*. Aumentavansi queste forze, se non per l' aperto consenso delle vicine città, per l' animosa prontezza dei privati, e per la gara dei capitani Romani disputantisi il comando della guerra. Al fine Varrone vecchio ed invalido cedette a Silio vigoroso.

XLIV. In Roma fu creduto, come accade nelle nuove, più del vero: essersi non solo i Treveri e gli Edui, ma sessantaquattro città delle Gallie ribellate, collegati con esse i Germani, vacillanti le Spagne. I buoni s' affliggevan per zelo della repubblica: molti odiando lo stato presente e bramandone un nuovo si rallegravano ancora de' proprj pericoli, e biasimavan Tiberio che in sì gran movimento consumasse il tempo in legger le accuse. *Comparirà in senato qual reo di lesa maestà anche Giulio Sacroviro? S' è trovato finalmente chi coll' armi raffrena le lettere sanguinarie* (38): *piuttosto la guerra che una pace sì miserabile*. Tiberio tanto più affettando

impensius in securitatem compositus, neque loco, neque vultu mutato, sed, ut solitum, per illos dies egit: altitudine animi, an (a) *compererat modica esse et vulgatis leviora?*

XLV. *Interim Silius, cum legionibus duabus incedens, præmissa auxiliari manu, vastat Sequanorum pagos, qui finium extremi, et Aeduis contermini, sociique in armis erant. Mox Augustodunum petit propero agmine, certantibus inter se signiferis, fremente etiam gregario milite*, ne suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur: viderent modo adversos et aspicerentur: id satis ad victoriam. *Duodecimum apud lapidem, Sacrovir, copiæque patentibus locis apparuere: in fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo semermos. Ipse inter primores equo insigni adire, memorare* veteres Gallorum glorias, quæque Romanis adversa intulissent: quam decora victoribus libertas; quanto intolerantior (b) servitus iterum victis.

XLVI. *Non diu hæc, nec apud lætos: etenim propinquabat legionum acies: inconditique ac militiæ nescii oppidani, neque oculis neque*

(a) *Altitudine animi, an* ec. In priori membro subauditur *utrum*, et sic solet Tacitus. *Altitudo animi* videtur esse hoc loco non *magnitudo animi*, sed, ut ita dicam, *profunditas*, cum quis consilia sua ita celat, et abditos tenet sensus suos, ut assequi non liceat.

(b) *Intolerantior*. Sensu passivo. Gellius 19, 7. inter ea, quæ notat ex Livio, *item*, *curis intolerantibus pro intolerandis*.

sicurezza passò al solito que'giorni senza cangiar luogo nè volto; o fosse cupezza d'animo, o che sapesse il male esser poco e minor della fama.

XLV. Frattanto Silio marciando con due legioni, e mandata innanzi una schiera d'ausiliarj dà il guasto alle ville dei Sequani, confinanti e collegati in guerra cogli Edui. Indi a marcia affrettata s'avanza contro Augustoduno, gareggiando fra loro gli alfieri, e fremendo anche gl'infimi soldati: *voler essi marciare anche la notte senza i soliti riposi: bastar loro per vincere di veder il nemico, e farsi da lui vedere*. Dodici miglia lontano apparve Sacroviro colle sue truppe in campagna aperta: aveva i ferrati alla testa, ai fianchi le coorti, i male armati alla coda. Esso tra i principali sopra un pomposo cavallo scorrendo rammentava l'antiche glorie dei Galli, le rotte date ai Romani; quanto gloriosa sarebbe loro, se vincessero, la libertà, quanto più la schiavitù intollerabile, se fosser vinti di nuovo.

XLVI. Poco parlò, nè fu udito con piacere; perocchè all'appressarsi delle legioni i terrazzani disordinati e non pratici della mi-

auribus satis competebant (a). *Contra Silius, etsi præsumpta spes hortandi causas exemerat, clamitabat tamen*: Pudendum ipsis, quod Germaniarum victores, adversum Gallos, tamquam in hostem, ducerentur: una nuper cohors rebellem Turonium, una ala Treverum, paucæ hujus ipsius exercitus turmæ profligavere Sequanos: quanto pecunia dites et voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Aeduos evincite et fugientibus consulite (b). *Ingens ad ea clamor; et circumfudit eques; frontemque pedites invasere: nec cunctatum apud latera: paullum moræ attulere ferrati, restantibus laminis adversum pila et gladios: sed miles, correptis securibus et dolabris, ut si murum perrumperet, cædere tegmina et corpora: quidam, trudibus* (c) *aut furcis, inertem molem prosternere; jacentesque nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimes linquebantur. Sacrovir primo Augustodunum, dein metu deditionis in villam propinquam cum fidissimis pergit. Illic sua manu, reliqui mutuis ictibus occidere; incensa super villa, omnes cremavit.*

(a) *Satis competebant*. Satis constabant, satis sui compotes erant.

(b) *Et fugientibus consulite*. Ita, teste Jac. Gronovio, codex Flor. non *consilite*, quomodo hic olim legebatur Id jam conjectura præceperant J. Fr. Gronovius et Heinsius. Prior interpretatur, trepidos et tantum non jam fugientes exuite, detractisque armis et

lizia nè lo guardavano, nè l'ascoltavano con fermezza. Silio al contrario, benchè la concepita speranza gli togliesse i motivi d'animare i suoi, pure gridava; *doversi vergognare i vincitori delle Germanie d'esser condotti contro i Galli, come contro un nemico: aver una sola coorte poc' anzi disfatto i ribelli Turonj, una banda di cavalli i Treveri, e poche altre del loro esercito i Sequani: gli Edui quanto più ricchi e voluttuosi tanto più essere imbelli: domateli, nè vi curate d'inseguire chi fugge*. Levatesi a questi detti alte grida, la cavalleria attorniò il nemico: i fanti investiron la fronte: poco si ebbe che fare ai fianchi: di qualche ritardo furono i ferrati, resistendo le lor piastre ai giavellotti e alle spade: ma i nostri, afferrati picconi e scuri, quasi rompessero un muro, tagliavan ferri e corpi: alcuni con pali e forconi atterravano quelle inerti masse; e non potendosi rizzare gli lasciavan per morti. Sacroviro fuggì prima in Augustoduno, indi temendo la resa (39), in una villa vicina co' suoi più fidi. Ivi egli di sua mano, gli altri fra loro s'uccisero: il fuoco posto alla villa arse tutti.

insignibus militaribus leviores et fugæ paratiores reddite: posterior simplicius et apertius, *parcite*, quod verum videtur.

(c) *Trudibus*. Sudibus prælongis, quorum ope res truduntur.

XLVII. *Tum demum Tiberius ortum patratumque bellum senatui scripsit: neque dempsit, aut addidit vero*; *sed* fide ac virtute legatos, se consilio superfuisse (a). *Simul causas, cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum forent, adjunxit,* magnitudinem imperii *extollens*. Neque decorum (b) Principibus, si una alterave civitas turbet, omissa Urbe, unde in omnia regimen: nunc quia non metu ducatur, iturum, ut præsentia spectaret, componeretque. *Decrevere patres vota pro reditu ejus, supplicationesque, et alia decora. Solus Dolabella Cornelius dum anteire cæteros parat, absurdam in adulationem progressus, censuit* ut ovans e Campania Urbem introiret. *Igitur secutæ Cæsaris literæ, quibus* se nòn tam vacuum gloria *prædicabat*, ut post ferocissimas gentes perdomitas, tot receptos in juventa, aut spretos triumphos, jam senior peregrinationis suburbanæ inane præmium peteret.

XLVIII. *Sub idem tempus*, ut mors Sulpicii Quirinii publicis exsequiis frequentaretur, *petivit a senatu. Nihil ad veterem et patriciam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium Lanuvium: sed impiger mili-*

(*a*) *Superfuisse*. Adfuisse, opem tulisse. Vide de hac voce Gellium I, 22.

(*b*) *Neque decorum*. Supple ex præcedentibus, *proficisci*.

XLVII. Allor finalmente Tiberio scrisse al senato l'origine e l'esito di questa guerra: nulla tolse o aggiunse al vero: *averla tratta a buon fine colla fedeltà e col coraggio i legati, lui co' consigli*. Aggiunse ancora i motivi, per cui nè egli nè Druso vi andarono, magnificando la grandezza dell'impero: *non convenire ai Principi, se una od altra città si sollevi, abbandonar quella donde governansi tutte: or poichè il timore non vel costringe, esser pronto ad andarvi per aver sott'occhio e riordinare le cose*. I padri decretarono per lo suo ritorno e voti e suppliche ed altri onori. Il solo Dolabella Cornelio mentre si studia di sorpassar gli altri, prorompendo in una sconcia adulazione fu di parere, che tornando dalla Campania entrasse in Roma coll'onore dell'ovazione. Rispose Cesare: *non esser esso tanto bisognoso di gloria, che avendo domato ferocissime nazioni, e ricevuto o rifiutato in gioventù tanti trionfi, aspirasse ormai vecchio al vano premio d'un suburbano pellegrinaggio*.

XLVIII. Verso questo tempo domandò al senato, che la morte di Sulpicio Quirinio fosse onorata con pubbliche esequie. Quirinio nato nel municipio di Lanuvio non apparteneva alla antica e patrizia famiglia de' Sulpicj; ma

tiæ, et acribus ministeriis, consulatum sub divo Augusto, mox expugnatis per Ciliciam Homonadensium castellis insignia triumphi adeptus, datusque rector C. Cæsari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat: quod tunc patefecit in senatu (a): *laudatis in se officiis, et incusato* M. Lollio, *quem* auctorem C. Cæsari pravitatis et discordiarum *arguebat: sed ceteris haud læta memoria Quirinii erat, ob intenta, ut memoravi* (b), *Lepidæ pericula, sordidamque et præpotentem senectam.*

C. Lutorius, eques, majestatis damnatus, et in carcere exanimatus.

XLIX. *Fine anni C. Lutorium Priscum, equitem Romanum, post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat, pecunia donatum a Cæsare, corripuit delator, objectans,* ægro Druso composuisse, quod, si exstinctus foret, majore præmio vulgaretur. *Id C. Lutorius in domo P. Petronii, socru ejus Vitellia coram, multisque inlustribus feminis, per vaniloquentiam legerat. Ut delator exstitit, ceteris ad dicendum testimonium exterritis* (c),

(a) *Patefecit in senatu*. Scriptis ad senatum literis.
(b) Supra 22., et 23.
(c) *Ad dicendum testimonium exterritis*. Vi et metu compulsis ad confitendum.

bravo soldato e diligente ministro fu consolo sotto il divo Augusto; indi espugnati nella Cilicia i castelli degli Omonadesi riportò le insegne del trionfo, e dato per regolatore a C. Cesare nel governo dell'Armenia corteggiò ancora in Rodi Tiberio, com' egli ne scrisse allora al senato, lodando i servigj da lui ricevuti, ed accusando M. Lollio come autore della malvagità e discordie di di C. Cesare. Ma i pericoli a cui Quirinio espose Lepida, come ho detto, e la sordida e prepotente vecchiaja rendevano odiosa agli altri la sua memoria.

C. Lutorio Cavaliere dannato di maestà è ucciso in carcere.

XLIX. Sul fine dell' anno C. Lutorio Prisco cavaliere Romano dopo essere stato rimunerato da Cesare per un famoso poema, in cui piangeva la morte di Germanico, fu da un delatatore accusato, averlo prima composto nella malattia di Druso per riportarne divulgandolo premio maggiore, se fosse morto. Lo avea Lutorio letto per vanità in casa di P. Petronio alla presenza di Vitellia sua suocera, e molte femmine illustri. All' apparire dell' accusatore, avendo le altre confessato per paura, la sola Vitel-

sola Vitellia nihil se audivisse *adseveravit; sed arguentibus, ad perniciem plus fidei fuit. Sententiaque Haterii Agrippæ, consulis designati, indictum reo ultimum supplicium.*

L. *Contra M. Lepidus in hunc modum exorsus est.* Si, patres conscripti, unum id spectamus, quam nefaria voce C. Lutorius Priscus mentem suam, et aures hominum polluerit; neque carcer, neque laqueus, ne serviles quidem cruciatus in eum suffecerint: sin flagitia et facinora sine modo sunt; suppliciis ac remediis, Principis moderatio, majorumque et vestra exempla temperant: et vana a scelestis, dicta a maleficiis differunt: est locus sententiæ, per quam neque huic delictum impune sit, et nos clementiæ simul ac severitatis non pœniteat. Sæpe audivi Principem nostrum conquerentem, si quis, sumpta morte, misericordiam ejus prævenisset. Vita C. Lutorii in integro est, qui neque servatus in periculum reipublicæ, neque interfectus in exemplum ibit: studia illi, ut plena vecordiæ, ita inania et fluxa sunt: nec quidquam grave ac serium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed muliercularum adrepit. Cedat tamen Urbe, et, bonis amissis, aqua et igni ar-

lia asserì di non aver udito niente; ma le deposizioni contrarie furono più credute; e per sentenza d'Aterio Agrippa consolo disegnato il reo fu dannato all' ultimo supplicio.

L. S' oppose M. Lepido e disse; *se consideriam solamente, o Padri coscritti, con qual nefanda voce Lutorio Prisco ha contaminato la sua mente e le orecchie degli uomini, nè carcere, nè laccio, neppur tormenti servili* (40) *basterebbero a punirlo: ma se l'equità del Principe, se voi medesimi seguendo gli esempj dei maggiori punite moderatamente anche i delitti più smoderati; se la vanità dalla malizia, se i detti dai misfatti son differenti, evvi luogo ad una sentenza, la quale nè lasci il delitto di costui impunito, nè faccia noi pentire d'aver unito la severità alla clemenza. Io spesso ho udito il Principe dolersi di chi col darsi la morte ha prevenuto la sua pietà. Lutorio vive ancora; nè conservato fia di pericolo, nè ucciso di esempio alla repubblica: i suoi studj, come son pieni di sciocchezza, così presto svaniscono; nè può farci seriamente paura chi rivelando da sè stesso i suoi delitti s' insinua negli animi delle donnicciuole, non degli uomini. Parta nondimeno da Roma, e sia privato de' suoi beni, dell' acqua e del fuoco: questo,*

ceatur: quod perinde censeo, ac si lege majestatis teneretur.

LI. *Solus Lepido Rubellius Blandus e consularibus adsensit: ceteri sententiam Agrippæ secuti; ductusque in carcerem Priscus, ac statim exanimatus. Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusavit, cum extolleret* pietatem, quamvis modicas Principis injurias acriter ulciscentium; *deprecaretur* tam præcipites verborum pœnas: *laudaret Lepidum, neque Agrippam argueret. Igitur factum senatusconsultum*, ne decreta patrum, ante diem decimum, ad ærarium deferrentur; idque vitæ spatium damnatis prorogaretur: *sed non senatui libertas ad pœnitendum erat; neque Tiberius interjectu temporis mitigabatur.*

An. U. C. DCCLXXV. Aer. Chr. 22.

Cura luxus coercendi cœpta et omissa.

LII. *C. Sulpicius, D. Haterius, consules, sequuntur. Inturbidus externis rebus annus, domi suspecta severitate adversum luxum, qui immensum proruperat ad cuncta, quis pecunia prodigitur. Sed alia sumptuum, quamvis graviora, dissimulatis plerumque pretiis, occulta-*

come se reo fosse di maestà, è il mio parere.

LI. Assentì a Lepido tra i consolari il solo Rubellio Blando: gli altri seguirono la sentenza di Agrippa: Prisco fu condotto in carcere, e subito ucciso. Tiberio colla solita sua doppiezza ne rimproverò il senato: lodò la pietà di chi severamente vendicava le più piccole offese del Principe: pregò non punissero tanto precipitosamente le parole: comendò Lepido, non riprese Agrippa. Fu dunque deliberato, che i decreti de'Padri non si portassero all'erario (41) prima di dieci giorni; e questo spazio di vita si prolungasse ai condannati: ma nè il senato avea libertà di pentirsi ((42), nè Tiberio per intramessa di tempo si mitigava.

Anni di Roma DCCLXXV. *di Cristo* 22.

Premure per frenar il lusso intraprese e lasciate.

LII. Segue il consolato di C. Sulpicio, e D. Aterio. Fu quest'anno tranquillo al di fuori, in Roma si sospettò di rigore contro il lusso, che in tutte le cose in cui si profonde il denaro, era eccessivamente cresciuto. Le altre spese benchè più gravi spesso occultavansi, dissimulandone il prez-

bantur ; ventris et ganeæ paratus , adsiduis sermonibus vulgati , fecerant curam, ne Princeps antiquæ parcimoniæ durius adverteret . Nam incipiente C. Bibulo , ceteri quoque ædiles disseruerant , sperni sumptuariam legem vetitaque utensilium pretia augeri in dies : nec mediocribus remediis sisti posse : *et consulti patres, integrum id negotium ad Principem distulerant . Sed Tiberius, sæpe apud se pensitato, an coerceri tam profusæ cupidines possent ; num coercitio plus damni in rempublicam ferret ; quam indecorum adtrectare , quod non obtineret* (a) *; vel retentum, ignominiam et infamiam virorum inlustrium posceret : postremo literas ad senatum composuit , quarum sententia in hunc modum fuit .*

LIII. Ceteris forsitan in rebus , patres conscripti , magis expediat me coram interrogari , et dicere , quid e republica censeam : in hac relatione , subtrahi oculos meos melius fuit , ne denotantibus vobis ora , ac metum singulorum, qui pudendi luxus arguerentur , ipse etiam viderem eos , ac velut deprehenderem . Quod si mecum ante viri strenui , ædiles, consilium habuissent ; nescio an suasurus fuerim , omittere potius prævalida et adulta vitia, quam hoc ad-

(a) *Adtrectare quod non obtineret* . Ita codex ms. non *obtineretur* . Idem infra scribit *deprenderem* : non *deprehenderem* .

zo ; ma gli apparecchj delle crapole e de' bordelli divulgati ne' continui ragionamenti fecer temere, non volesse quel Principe di antica parsimonia (43) duramente riformarli. Cominciò C. Bibulo, e gli altri edili seguitarono a dire: *disprezzarsi la legge sulle spese* (44), *crescere giornalmente il prezzo delle vietate imbandigioni, nè potersi arrestare con mezzani rimedj*. I padri consultati rimiser l' affare intieramente al Principe. Ma Tiberio dopo aver seco stesso riflettuto più volte alla difficoltà di frenar voglie si smoderate, al danno che frenandole forse maggior ne verrebbe alla repubblica, al disonore di trattare una cosa e non ottenerla, o all' infamia che ottenuta produrrebbe ad illustri personaggi, finalmente scrisse questa lettera al senato.

LIII. *Nelle altre cose, o Padri coscritti, sarebbe forse più vantaggioso alla repubblica che io presente fossi interrogato e dicessi il mio parere; ma in questa che voi mi proponete è meglio che io non vegga cogli occhi miei, o quasi sorprenda quegl' infami scialacquatori, di cui voi mi additereste il rossore e la paura. Che se i zelanti edili m' avesser prima consultato, forse gli avrei consigliati a lasciar correr piuttosto vizj corroborati ed in-*

sequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares essemus: sed illi quidem officio functi sunt, ut ceteros quoque magistratus suâ munia implere velim: mihi autem neque honestum silere, neque proloqui expeditum, quia non ædilis, aut prætoris, aut consulis partes sustineo: majus aliquid et excelsius a Principe postulatur; et cum recte factorum sibi quisque gratiam trahant, unius invidia ab omnibus peccatur (a). Quid enim primum prohibere, et priscum ad morem recidere adgrediar? villarum ne infinita spatia, familiarum numerum et nationes (b)? argenti et auri pondus? æris, tabularumque miracula? promiscuas viris et feminis vestes? atque illa feminarum propria, quîs, lapidum causa, pecuniæ nostræ ad externas, aut hostiles gentes transferuntur?

LIV. Nec ignoro in conviviis et circulis incusari ista, et modum posci: sed si quis legem sanciat, pœnas indicat: iidem illi civitatem verti, splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt. Atqui, ne corporis quidem morbos veteres, et diu auctos, nisi per dura et aspera coerceas: corru-

(a) *Unius invidia ab omnibus peccatur*. Soli principi communia vitia imputantur.

(b) *Familiarum numerum et nationes*. Servorum multitudinem e variis nationibus. Vide Ann. 14, 44. *Æris*. Statuarum.

vecchiati, che scoprir que' disordini che noi non bastiamo a frenare. Ma essi han fatto il loro dovere, come bramerei che tutti i magistrati il facessero. Or io non posso tacere salvo il mio decoro, nè so come parlare, non essendo edile, nè pretore, nè consolo: cose più grandi e sublimi si aspettan dal Principe; al qual solo poi, laddove ogni altro colle buone azioni si fa merito, si dà la colpa de' comuni trascorsi. E qual cosa prenderò io prima a vietare o riformare a norma dell' antico costume? Forse le immense ville? Gli schiavi tanti e di tante nazioni? I gran vasi d' oro e di argento? I capi d' opera in bronzo e pitture? Le vesti comuni ad uomini e donne? e quel donnesco sfoggio di gioje, per cui i nostri tesori passano in mano degli stranieri o de' nemici?

LIV. *Io so bene che molti nelle cene e nei circoli gridano contro il lusso, e ne chieggon riforma: ma questi medesimi qualor si faccia una legge e s'intimin le pene, grideranno mettersi a rumor la città, volersi rovinare i più splendidi, niuno essere esente da questo vizio. Eppure come i malori del corpo invecchiati e cresciuti non si curano altrimenti che con duri ed aspri medicamenti, così negli animi gua-*

ptus simul et corruptor, æger et flagrans animus, haud levioribus remediis restinguendus est, quam libidinibus ardescit. Tot a majoribus repertæ leges, tot quas divus Augustus tulit, illæ oblivione, hæ (quod flagitiosius est) contemptu abolitæ, securiorem luxum fecere: nam si velis quod nondum vetitum est; timeas, ne vetére: at si prohibita impune transcenderis, neque metus ultra, neque pudor est. Cur ergo olim parcimonia pollebat? quia sibi quisque moderabatur: quia unius Urbis cives eramus: ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominantibus: externis victoriis, aliena; civilibus, etiam nostra consumere didicimus. Quantulum istud est, de quo ædiles admonent! Quam, si cetera respicias, in levi habendum! At hercule nemo refert, quod Italia externæ opis indiget, quod vita populi Romani per incerta maris et tempestatum quotidie volvitur; ac nisi provinciarum copiæ et dominis, et servitiis, et agris subvenerint, nostra nos scilicet nemora, nostræque villæ tuebuntur? Hanc, patres conscripti, curam sustinet Princeps: hæc omissa,

sti e contagiosi, l' incendio che gli arde e consuma, non dee spegnersi con rimedj più leggieri delle passioni, che lo destarono. Le tante leggi inventate dai maggiori, le tante fatte dal divo Augusto, quelle per dimenticanza, queste (ciò ch'è assai peggio) per disprezzo abolite, han fatto il lusso più baldanzoso: poichè se si vuole ciò che ancora non è vietato, si temerà il divieto; ma se il divieto si trasgredisce impunemente, non v' è più nè timor nè vergogna. Perchè adunque una volta era in vigore la parsimonia? perchè ognuno si moderava; perchè eravam tutti cittadini d' una città (45), *e padroni della sola Italia non avevamo gli stimoli che ora abbiamo: colle vittorie straniere abbiamo imparato a consumare l' altrui, colle civili anche il nostro. Che picciola cosa a paragon delle altre è cotesta mai, di cui mi dan conto gli edili! Ma, per Dio, niun mi propone che l' Italia ha bisogno di ajuto straniero, che la vita del popolo Romano giornalmente raggirasi tra le incerte tempeste del mare* (46)*: e se i viveri delle provincie non alimenteranno e padroni e servi e contadini, ci nutriranno forse i nostri boschetti, le nostre ville? Queste, o Padri coscritti, son le cure proprie del Principe; e la repub-*

funditus rempublicam trahet. Reliquis intra animum medendum est: nos, pudor; pauperes, necessitas; divites, satias in melius mutet. Aut, si quis ex magistratibus tantam industriam ac severitatem pollicetur, ut ire obviam queat; hunc et laudo, et exonerari laborum meorum partem fateor: sin accusare vitia volunt, dein cum gloriam ejus rei adepti sunt, simultates faciunt, ac mihi relinquunt (a); credite, patres conscripti, me quoque non esse offensionum avidum: quas, cum graves et plerumque iniquas pro republica suscipiam; inanes et irritas, neque mihi aut vobis usui futuras, jure deprecor.

LV. *Auditis Cæsaris literis, remissa ædilibus talis cura* (b)*; luxusque mensæ, a fine Actiaci belli, ad ea arma quis Ser. Galba rerum adeptus est, per annos centum, profusis sumptibus, exerciti, paullatim exolevere. Causas ejus mutationis quærere libet. Dites olim familiæ nobilium, aut claritudine insignes, studio magnificentiæ prolabebantur: nam etiam tum plebem, socios, regna colere, et coli li-*

(a) *Simultates faciunt ac mihi relinquunt.* Locum corruptum sic emendat Mercerus, *simultates faciundas mihi relinquunt.* Luxum generatim accusant; singulorum correctionem, hoc est, *simultates faciundas* mihi relinquunt.

(b) *Remissa . . . cura.* Cura luxus coercendi ædiles exonerati sunt. Ita Lipsius et Gronovius. Aliter Pichena, qui *remissam* intelligit *permissam*. Quod Latinitas et sequentia non patiuntur.

blica rovina s' ei le trascura. Delle altre cose cerchiamo il rimedio entro noi stessi: faccia migliori la moderazione noi, la necessità i poveri, la sazietà i ricchi. Che se qualche magistrato presume d' aver industria e severità bastante a reprimer questo disordine, io lo lodo, e confesso che mi sgraverà d' una parte delle mie fatiche: se poi voglion riprendere i vizj, e dopo averne riportato gloria lasciare a me gli odj che destano, crediatemi, Padri coscritti, che neppur io vado in cerca di malevolenze: mi bastan quelle che gravi e per lo più ingiuste mi addosso per la repubblica: le vane e niente vantaggiose a me o a voi vi prego, e con ragione, ad allontanarle da me.

LV. Letta la lettera di Cesare gli edili furono sgravati di questa cura; e il lusso sontuoso delle mense, che durò per cento anni, dal fine della guerra d' Azio, fino a che Ser. Galba s' impadronì colle armi dell' impero, a poco a poco svanì. Mi piace indagare i motivi di tal cangiamento. Già le ricche famiglie dei nobili, o le illustri per dignità eccedevano nella magnificenza del vivere; poichè fin d' allora era lecito il corteggiare la plebe, gli alleati, i Re, ed esserne corteggiato: e più ciascuno

citum: ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen et clientelas inlustrior habebatur: postquam cædibus sævitum, et magnitudo famæ exitio erat; ceteri ad sapientiora convertere: simul novi homines e municipiis et coloniis, atque etiam provinciis, in senatum crebro adsumpti, domesticam parcimoniam intulerunt: et quamquam fortuna, vel industria, plerique pecuniosam ad senectam pervenirent; mansit tamen prior animus. Sed præcipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuque: obsequium inde in Principem, et æmulandi amor validior, quam pœna ex legibus et metus. Nisi forte rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur: nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis et artium, imitanda posteris tulit. Verum hæc nobis majores (a). *Certamina ex honesto maneant.*

Drusus tribuniciam potestatem accipit.

LVI. *Tiberius, fama moderationis parta, quod ingruentes accusatores represserat, mit-*

(a) *Verum hæc nobis majores*. Alii legunt. *Verum hæc nobis majores certamina*. Lego cum Lipsio et aliis *in majores*. Sed utinam sic semper cum majoribus de virtute et honestate certemus.

sfoggiava in ricchezze, in palazzi, in arredi, più era illustre di nome e di clientele. Ma dopo la crudeltà delle stragi, e le ruine cagionate a molti dalla grandezza del nome, si rivolsero gli altri a più sagge cose: anche gli uomini nuovi che dai municipj, dalle colonie e dalle provincie erano frequentemente ascritti in senato, introdussero la domestica parsimonia; e benchè moltissimi per fortuna o per industria arrivassero ad una ricca vecchiaja, pure mantenner l'antica inclinazione. Ma il principale autore della vita frugale fu Vespasiano con quel suo vivere e vestire all'antica: quindi il desiderio di compiacere il Principe e d'imitarlo ebbe più forza che il rigore e timor delle leggi. Seppur non v'è in tutte le cose un certo quasi giro, sicchè come le stagioni, così si cangino ancora i costumi: non però tutte le cose degli antichi son le migliori; ha dato ancor l'età nostra molti esempj d'opre lodevoli da imitarsi da' posteri. Voglia il cielo che le oneste gare cogli antichi durin sempre fra noi,

Druso riceve la potestà tribunizia.

LVI. Tiberio, acquistato credito d'uom moderato per aver represso gli assalti degli accu-

tit literas ad senatum, quis potestatem tribuniciam *Druso petebat. Id summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne* regis *aut* dictatoris *nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia præmineret. M. deinde Agrippam socium ejus potestatis; quo defuncto, Tiberium Neronem delegit, ne successor in incerto foret: sic cohiberi pravas aliorum spes rebatur: simul modestiæ Neronis, et suæ magnitudini fidebat. Quo tunc exemplo, Tiberius Drusum summæ rei admovet; cum, incolumi Germanico, integrum inter duos judicium tenuisset. Sed principio literarum veneratus deos,* ut consilia sua reipublicæ prosperarent, *modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta retulit:* esse illi conjugem et tres liberos, eamque ætatem, qua ipse quondam a divo Augusto, ad capessendum hoc munus, vocatus sit. Neque nunc propere, sed per octo annos, capto experimento, compressis seditionibus, compositis bellis, triumphalem et bis consulem, noti laboris participem, sumi.

LVII. *Præceperant animis orationem patres, quo quæsitior adulatio fuit: nec tamen reper-*

satori, scrisse al senato chiedendo per Druso la potestà tribunizia. Augusto ritrovò qnesto vocabolo di sovranità per non assumere il nome di Re o di Dittatore, e nondimeno mostrarsi con qualche titolo maggior degli altri magistrati (47). Scelse poi per collega in questa potestà M. Agrippa, e lui morto Tiberio Nerone, perchè non più si dubitasse del successore; credendo così di reprimere le altrui male speranze: affidato ancora nella modestia di Nerone e nella propria grandezza. Su questo esempio allora Tiberio chiamò Druso a parte del supremo comando, non essendosi mai, vivente Germanico, dichiarato piuttosto per l'un che per l'altro. Dopo aver sul principio della lettera invocato gli Dei, perchè prosperassero i suoi disegni in favor della repubblica, poche cose diceva su i costumi del giovinetto, nè ingrandite oltre il vero: *aver moglie e tre figliuoli, e quell' età, in cui egli stesso dal divo Augusto fu sollevato a quel grado* (48). *Nè già innanzi tempo, ma dopo l' esperienza di otto anni in calmar sedizioni, in terminar guerre; dopo il trionfo, dopo due consolati chiamarsi a parte d' una non per lui nuova fatica.*

LVII. Risposero i padri con premeditate parole, onde l' adulazione fu più studiata: eppur

tum, *nisi* ut effigies Principum, aras deûm, templa et arcus, *aliaque solita censerent*: *nisi quod M. Silanus ex contumelia consulatus*, *honorem Principibus petivit*, *dixitque pro sententia*, ut publicis privatisque monimentis, ad memoriam temporum, non consulum nomina præscriberentur, sed eorum, qui tribuniciam potestatem gererent. *At Q. Haterius*, *cum* ejus diei senatusconsulta aureis literis figenda in curia *censuisset*, *deridiculo fuit senex fœdissimæ adulationis*, *tantum infamia usurus*.

Flamen Dialis vetitus provinciam sortiri.

LVIII. *Inter quæ*, *provincia Africa Junio Blæso prorogata*, *Servius Maluginensis*, *flamen Dialis*, *ut Asiam sorte* (a) *haberet*, *postulavit*; frustra vulgatum *dictitans*, non licere Dialibus egredi Italia: neque aliud jus suum, quam Martialium, Quirinaliumque flaminum: porro, si hi duxissent (b) provincias, cur Dialibus id vetitum? nulla de eo populi scita, non in libris cærimoniarum reperiri. Sæpe pontifices Dialia sacra fecisse, si flamen valetudine,

(a) *Ut Asiam sorte*. Admittenda J. Fr. Gronovii emendatio, legentis *ut Asiæ sortem haberet*, quæ nisi extra ordinem aliquid incidisset, sorte deferebatur. Vide supra 32. neque enim Maluginensis postulabat ut sibi liceret sortiri Asiam, sed ut ejus provinciæ sortem etiam sine sortitione haberet; cum Africa Junio Blæso

non seppero decretar altro che le solite cose; statue ai Principi, are agli Dei, templi ed archi: se non che M. Silano volle onorare i Principi con disonore del consolato, e propose che ne' pubblici e privati monumenti si notassero gli anni co' nomi non più de' consoli, ma dei tribuni della plebe; e Q. Aterio, che i decreti di quel giorno si affiggessero nella curia a lettere d'oro: mosse le risa quel vecchio, che da si sconcia adulazione non poteva altro aspettarsi che infamia.

Si vieta al Flamine Diale l'andare in provincia.

LVIII. Frattanto prorogato a Giunio Bleso il governo dell'Africa, Servio Maluginese Flamine Diale (49) domandò quello dell' Asia dicendo: *falsamente credere il volgo non dovere i Diali uscir d'Italia: il loro dritto non differir da quello de' Flamini Marziali e Quirinali: se questi ottengono le provincie, perchè vietarle ai Diali? nè legge alcuna del popolo, nè cerimoniale trovarsi che il vieti. Spesso, impediti i Diali per malattia o per pubblico impiego, aver celebrato i lor sacrificj i pontefi-*

prorogaretur. Itaque infra 71. *Sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata.*

(b) *Duxissent*, i. e. sortiti essent, sive issent in provincias.

aut munere publico, impediretur. Sex et septuaginta annis post Cornelii Merulæ cædem, neminem suffectum; neque tamen cessavisse religiones. Quod si per tot annos possit non creari, nullo sacrorum damno; quanto facilius abfuturum, ad unius anni proconsulare imperium? Privatis olim simultatibus effectum, ut a pontificibus maximis ire in provincias prohiberentur: nunc, deûm munere, summum pontificum etiam summum hominum esse, non æmulationi, non odio, aut privatis adfectionibus obnoxium.

LIX. *Adversus quæ cum augur Lentulus, aliique varie dissererent, eo decursum est*, ut pontificis maximi sententiam opperirentur. *Tiberius, dilata notione de jure flaminis, decretas ob tribuniciam Drusi potestatem cærimonias temperavit*; *nominatim arguens* insolentiam sententiæ, aureasque literas contra patrium morem. *Recitatæ et Drusi epistolæ, quamquam ad modestiam flexæ, pro superbissimis accipiuntur*: Huc recidisse cuncta, ut ne juvenis quidem, tanto honore accepto, adiret Urbis deos, ingrederetur senatum, auspicia saltem gentile apud solum inciperet (a)? Bellum scilicet (b),

(a) *Ut . . . auspicia . . . gentile apud solum inciperet*. Nam qui sine auspiciis profectus erat, is in externo ea solo nova atque integra concipere non poterat, ut habet Livius 22, 1,

(b) *Bellum scilicet*. Supple *esse quod moretur Drusum*. Mallemus tamen *bello*.

ci. Dopo l'uccisione di Cornelio Merula niuno per settantasei anni essergli stato sostituito: nè perciò esser cessate le sacre funzioni. Che se per tanti anni potè non crearsi il Diale senza alcun danno della religione, qual danno potergliene venire se vada proconsolo per un sol anno? Avergli i pontefici massimi una volta vietato l'andar nelle provincie per nimicizie private: ora per favor degli Dei il sommo pontefice essere ancora il sommo degli uomini, non sottoposto ad emulazione, a odio, o altre private passioni.

LIX. Essendosi diversamente opposti l'augure Lentulo ed altri, si venne alla risoluzione di aspettar la sentenza del pontefice massimo. Tiberio differito l'esame sul dritto del Flamine, moderò gli onori decretati per la tribunizia potestà di Druso; nominatamente disapprovando l'insolita proposta, e quelle lettere d'oro, contrarie al costume della patria. Si lesse poi una lettera di Druso, che benchè affettante modestia fu presa per superbissima: *ed ecco,* dicevano, *a che sono riuscite le cose! un giovane sollevato a sì gran dignità neppur degnarsi di ringraziarne gli Dei, presentarsi in senato, assumerla almeno nella sua patria? gliel vieta certo la guerra o la lontananza,*

aut diverso terrarum distineri, litora et lacus Campaniæ cum maxime peragrantem: sic imbui rectorem generis humani: id primum e paternis consiliis discere: sane gravaretur aspectum civium senex Imperator, fessamque ætatem, et actos labores prætenderet: Druso quod, nisi ex adrogantia, impedimentum?

Asyla Græcorum lustrata et repurgata.

LX. *Sed Tiberius, vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui præbebat, postulata provinciarum ad disquisitionem patrum mittendo. Crebrescebat enim Græcas per urbes licentia atque impunitas asyla statuendi. Complebantur templa pessimis servitiorum: eodem subsidio obærati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum satis validum imperium erat coercendis seditionibus populi, flagitia hominum, ut cærimonias deûm, protegentis. Igitur placitum, ut mitterent civitates jura, atque legatos. Et quædam, quod falso usurpaverant, sponte omisere: multæ vetustis superstitionibus, aut meritis in populum Romanum fide-*

or che non fa altro che andare a diporto su i lidi e su i laghi della Campania: così si educa il reggitore del mondo: ecco il primo precetto appreso alla scuola del padre: sfugga pure l' aspetto de' cittadini Principe vecchio, ed alleghi in iscusa la stanca età, le sofferte fatiche: ma che altro trattien Druso, fuorchè superbia?

Asili de' Greci esaminati e moderati.

LX. Ma Tiberio assodandosi vie più nell'Impero lasciava al senato un' immagine dell' antichità, col rimettere all' esame de' padri le richieste delle provincie. Cresceva per le città della Grecia la licenza e l' impunità degli asili (50). Eran pieni i tempj di servi i più tristi; e v' erano ancora accolti i falliti con danno de' creditori, e i sospetti di capitali delitti. Nè v' era forza bastante a reprimere i tumulti del popolo, il qual proteggeva come culto degli Dei le scelleranze degli uomini. Fu adunque stabilito che le città mandassero ambasciadori ad esporre le lor ragioni. Alcune spontaneamente dismisero le franchigie a torto usurpate: molte fidaronsi sulle antiche superstizioni, e su i meriti contratti col popolo Roma-

bant. Magnaque ejus diei species fuit, quo senatus majorum beneficia, sociorum pacta, regum etiam, qui ante vim Romanam valuerant, decreta, ipsorumque numinum religiones introspexit; libero, ut quondam, quid firmaret mutaretve.

LXI. *Primi omnium Ephesii adiere, memorantes*: Non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam, partu gravidam, et oleæ, quæ tum etiam maneat, adnisam, edidisse ea numina: deorumque monitu sacratum nemus. Atque ipsum illic Apollinem, post interfectos Cyclopas, Jovis iram vitavisse. Mox Liberum patrem, bello victorem, supplicibus Amazonum, quæ aram insederant, ignovisse. Auctam hinc, concessu Herculis, cum Lydia potiretur, cærimoniam templo: neque Persarum ditione deminutum jus. Post Macedonas, dein nos servavisse.

LXII. *Proximo Magnetes, L. Scipionis, et L. Sullæ constitutis nitebantur: quorum ille Antiocho, hic Mithridate, pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decoravere*, ut Dianæ Leucophrynæ perfugium inviolabile foret. *Aphro-*

no. Grande fu la maestà di quel giorno, in cui il senato esaminò i beneficj de' maggiori, i patti degli alleati, i decreti ancora de' Re, che prima dell' ingrandimento di Roma furon potenti, e fin lo stesso culto de' Numi; libero come una volta di confermare o di mutare.

LXI. Entraron primi di tutti gli Efesini e dissero: *Diana ed Apollo non esser nati, come il volgo credeva, in Delo: esservi presso loro lungo il fiume Cencrio la selva Ortigia, dove Latona gravida appoggiandosi ad un olivo, che ancor v' è, avea dato alla luce quei Numi: quindi quella selva divenuta sacra per avviso divino, e asilo d'Apollo stesso dove dopo l' uccision de' Ciclopi, sfuggì l' ira di Giove. Aver poi il padre Bacco vincitore perdonato alle supplichevoli Amazoni rifuggite nell'altare ivi eretto. Quindi il culto di quel tempio accresciuto per concessione di Ercole padrone allor della Lidia; nè diminuito sotto l' impero de' Persiani: poi conservato dai Macedoni, finalmente da noi.*

LXII. Vennero appresso i Magneti affidati sui privilegj di L. Scipione e L. Sulla: de' quali l' uno battuto Antioco, l' altro Mitridate, onorarono la fedeltà e coraggio loro colla inviolabil franchigia del tempio di Diana Leucofrina.

disienses posthac, *et Stratonicenses dictatoris Cæsaris*, *ob vetusta in partes merita*, *et recens divi Augusti decretum attulere*. *Laudati*, quod Parthorum inruptionem, nihil mutata in populum Romanum constantia, pertulissent. *Sed Aphrodisiensium civitas*, *Veneris*; *Stratonicensium*, *Jovis et Triviæ religionem tuebantur*. *Altius Hierocæsarienses exposuere*, Persicam apud se Dianam; delubrum, rege Cyro (a), dicatum: *et memorabantur* Perpernæ, Isaurici, *multaque alia imperatorum nomina*, *qui non modo templo*, *sed duobus millibus passuum eamdem sanctitatem tribuerant*. *Exin Cyprii tribus delubris*, *quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor Aerias*, *post filius ejus*, *Amathus*, *Veneri Amathusiæ*, *et Jovi Salaminio Teucer*, *Telamonis patris ira profugus*, *posuissent*.

LXIII. *Auditæ aliarum quoque civitatum legationes*. *Quorum copia fessi patres*, *et quia studiis certabatur*, *consulibus permisere*, ut perspecto jure, et si qua iniquitas involveretur, rem integram rursum ad senatum referrent. *Consules super eas civitates*, *quas memoravi*, apud Pergamum Aesculapii compertum asylum *retulerunt*: ceteros obscuris ob vetustatem ini-

(a) *Rege Cyro*. Freinshemius mavult *regi*, i. e. *a rege*.

Quindi gli Afrodisiesi sostenevano il culto di Venere, e gli Stratonicesi di Giove e di Diana, mostrando un decreto dal dittator Cesare ottenuto per aver essi ajutato la sua fazione; e un altro recente d' Augusto, ov' eran lodati per essersi mantenuti costantemente fedeli al popolo Romano nell' invasione dei Parti. I Gerocesarei rimontando ai tempi più antichi esposero, aver essi un tempio di Diana Persica dedicato dal Re Ciro: e rammentavano Perpenna, Isaurico, ed altri nomi d' Imperadori che consecraron non solo quel tempio, ma due miglia all' intorno. I Cipriotti parlarono di tre tempj; de' quali il più antico fu eretto da Aeria a Venere Pafia, l' altro da Amatunte suo figlio a Venere Amatusia, il terzo a Giove Salaminio da Teucro, allorchè fuggiva lo sdegno di Telamone suo padre.

LXIII. Furono udite le ambascerie ancora d' altre città, dal cui numero e dai contrasti dei parteggianti stanchi i padri, commisero ai consoli che, esaminato se giuste o ingiuste fossero le loro pretensioni, riferisser di nuovo l' affare intatto al senato. Riferirono i consoli: *essersi trovate vere, oltre le franchigie delle città sopradette, anche quella di Esculapio in Pergamo: le altre fondarsi sopra principj troppo an-*

tiis niti: nam Smyrnæos oraculum Apollinis, cujus imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint: Tenios ejusdem carmen referre, quo *sacrare Neptuni effigiem, ædemque* jussi sint: propiora Sardianos; Alexandri victoris id donum: neque minus Milesios Dario rege niti: sed cultus numinum utrisque, Dianam aut Apollinem venerandi (a). Petere et Cretenses, simulacro divi Augusti. *Factaque senatusconsulta, quis multo cum honore, modus tamen præscribebatur; jussique* ipsis in templis figere æra, sacrandam ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur.

LXIV. *Sub idem tempus Juliæ Augustæ valetudo atrox, necessitudinem Principi fecit festinati in Urbem reditus: sincera adhuc inter matrem filiumque concordia; sive occultis odiis. Neque enim multo ante, cum haud procul theatro Marcelli, effigiem divo Augusto Julia dicaret, Tiberii nomen suo postscripserat; idque ille credebatur, ut inferius majestate Principis, gravi et dissimulata offensione abdidisse.*

(a) *Cultus numinum utrisque, Dianam aut . . . venerandi.* Pro infinitivo *venerari*. Utrisque esse cultus numinum hos, ut Dianam aut Apollinem venerarentur.

tichi ed incerti: dicendo gli Smirnei d' aver dedicato il tempio di Venere Stratonicida per comandamento dell' oracol d' Apollo; e i Tenj la statua e il tempio di Nettunno in vigore dei versi del medesimo oracolo: origini più recenti del lor culto in onor d' Apollo, o di Diana allegare i Sardiani e i Milesj; quelli ripetendolo da Alessandro vittorioso, questi dal Re Dario. Anche i Cretesi chieder franchigia per la statua del divo Augusto. Furon fatti i decreti, in cui sebbene con molto onore, pure si moderavano le franchigie, con ordine di affiggerli in bronzo ai tempj stessi di quei popoli, per conservarne la memoria, ed impedire che sotto pretesto di religione in ambizion trascorressero.

LIV. Verso questo tempo una grave malattia di Giulia Augusta costrinse Tiberio a tornar frettolosamente in Roma: era ancor sincera la concordia fra madre e figlio: ovver s' odiavano segretamente. Poichè poco prima dedicando Giulia una statua al divo Augusto non lungi dal Teatro di Marcello vi aveva scritto il nome di Tiberio sotto il suo; la qual cosa, come disdicevole alla maestà di Principe, fu creduto ch' ei celasse nel profondo dell'animo con grave ma dissimulato disgusto. Decretò allora il

Sed tum supplicia (a) Diis, ludique magni *ab senatu decernuntur*, quos pontifices, et augures, et quindecimviri, septemviris simul et sodalibus Augustalibus ederent. *Censuerat L. Apronius*, ut feciales quoque iis ludis præsiderent: *contradixit Cæsar, distincto sacerdotiorum jure, et repetitis exemplis*: neque enim umquam fecialibus hoc majestatis fuisse. Ideo Augustales adjectos, quia proprium ejus domûs sacerdotium esset, pro qua vota persolverentur.

LXV. *Exsequi sententias haud institui, nisi insignes per honestum, aut notabili dedecore: quod præcipuum munus annalium reor, ne virtutes sileantur, utque pravis dictis factisque ex posteritate et infamia metus sit. Ceterum tempora illa adeo infecta, et adulatione sordida fuere, ut non modo primores civitatis, quibus claritudo sua obsequiis protegenda erat; sed omnes consulares, magna pars eorum, qui prætura functi, multique etiam pedarii senatores, certatim exsurgerent, fœdaque et nimia censerent. Memoriæ proditur, Tiberium, quotiens curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui solitum*, ô homines ad servitutem paratos! *Scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam projectæ servientium patientiæ tædebat.*

(a) *Supplicia*. Sallustianum verbum, pro *supplicationes*.

senato supplicazioni agli Dei, e i giuochi Magni da celebrarsi dai pontefici e dagli Auguri e dai Quindecemviri insiem coi Settemviri e i sacerdoti Augustali. L. Apronio avea proposto, che vi presiedessero anche i Feciali (51); Cesare contraddisse, distinguendo gli officj de'sacerdozj, e con allegati esempj sostenendo, non aver mai avuto quest'onore i Feciali. Perciò aggiungersi gli Augustali, perchè erano sacerdoti proprj di quella casa, per cui si supplicava.

LXV. Io mi sono proposto di non riferire altri pareri, fuorchè i più notabili per onestà o per infamia, stimando principal dovere d'un annalista il non tacer le virtù, e far temer la vergogna, con cui passano alla posterità i detti e fatti malvagj. Ma furon que' tempi tanto sordidamente infetti d'adulazione, che non solo i primi cittadini, a cui per sostenere il lor credito era necessaria la compiacenza, ma tutti i consolari, gran parte dei già stati pretori, e molti ancora senatori pedestri (52) sorgevano a gara per propor cose vergognose ed enormi. Si racconta che Tiberio quando usciva della curia era solito a dire in greco, o *gente nata a servire*! Tanto anche colui che non voleva la pubblica libertà, si stomacava d'una sì paziente e vil servitù.

C. Silanus repetundarum et majestatis damnatus.

LXVI. *Paullatim dehinc, ab indecoris ad infesta transgrediebantur. C. Silanum, proconsulem Asiæ, repetundarum a sociis postulatum, Mamercus Scaurus e consularibus, Junius Otho, prætor, Brutidius Niger, ædilis, simul corripiunt, objectantque* violatum Augusti numen, spretam Tiberii majestatem. *Mamercus, antiqua exempla jaciens*, L. Cottam a Scipione Africano, Ser. Galbam a Catone censorio, P. Rutilium a M. Scauro accusatos: *videlicet Scipio et Cato talia ulciscebantur; aut ille Scaurus, quem proavum suum, opprobrium majorum Mamercus, infami opera dehonestabat. Junio Othoni, literarium ludum exercere, vetus ars fuit: mox Sejani potentia senator, obscura initia impudentibus ausis propellebat* (a). *Brutidium artibus honestis copiosum, et, si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio exstimulabat, dum æquales, dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat: quod multos etiam bonos pessum dedit,*

(a) *Obscura initia impudentibus ausis propellebat.* Est hoc a Groslotio: nam vetus lectio *propolluebat*. Quid si cum Jac. Gronovio legas eodem sensu *provolvebat*; quæ vox sane frequens Tacito, et propius abest a veteri lectione.

C. Silano condannato di concussione e di maestà.

LXVI. Indi a poco a poco dalle disonorate azioni passarono alle maligne. C. Silano proconsolo d'Asia già dagli alleati querelato di concussione, fu a un tempo stesso da Mamerco Scauro consolare, da Giunio Otone pretore, e da Brutidio Negro edile assalito ed accusato d'aver violato il Nume d'Augusto, e spregiato la maestà di Tiberio. Mamerco citava antichi esempj: L. Cotta accusato da Scipione Africano, Ser. Galba da Catone il Censore, P. Rutilio da M. Scauro; come se Scipione e Catone, o quello Scauro suo bisavolo, ch'egli obbrobrio de' maggiori con questa infame arte disonorava, avessero perseguitato somiglianti delitti (53). Giunio Otone stato gran tempo maestro di scuola, poi fatto senatore per forza di Sejano, promoveva con impudenti arditezze i suoi bassi principj. Brutidio ripieno di doti oneste e capace, se avesse battuto il buon sentiero, di arrivare alla più alta rinomanza, era stimolato da fretta di sorpassare gli eguali, i superiori, e fino le sue stesse speranze; ciò che rovinò ancor molti buoni, i quali ricusando di ottener tardi,

qui, spretis, quæ tarda cum securitate, prætmatura vel cum exitiò properant.

LXVII. *Auxere numerum accusatorum Gellius Poplicola et M. Paconius: ille quæstor Silani, hic legatus. Nec dubium habebatur, sævitiæ captarumque pecuniarum teneri reum: sed multa adgerebantur etiam insontibus periculosa; cum, super tot senatores adversos, facundissimis totius Asiæ, eoque ad accusandum delectis responderet solus, et orandi nescius, proprio in metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat: non temperante Tiberiò, quin premeret voce, vultu, eo quod ipse creberrime interrogabat: neque refellere, aut eludere, dabatur; ac sæpe etiam confitendum erat, ne frustra quæsivisset. Servos quoque Silani, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio acceperat: et ne quis necessariorum juvaret periclitantem, majestatis crimina subdebantur, vinclum et necessitas silendi. Igitur petito paucorum dierum interjectu, defensionem sui deseruit; ausis ad Cæsarem codicillis* (a), *quibus invidiam et preces miscuerat.*

LXVIII. *Tiberius, quæ in Silanum parabat, quo excusatius sub exemplo acciperentur, li-*

(a) *Ausis ad Cæsarem codicillis*. Faernus legebat *missis*, quia nempe *ausus* passive nusquam occurrit. Lenius Ryckius, *ausus ad Cæsarem codicillos*, quomodo Tacitum sæpius loqui verum est, ut Ann. 12, 28. *obvio hosti et aciem ause*, et cap. 32. *non ausis aciem hostibus*

ma con sicurezza l'intento, vollero troppo presto conseguirlo con grave lor danno.

LXVII. Si aggiunsero agli accusatori Gellio Poplicola e M. Paconio questore l'uno, l'altro legato di Silano. Nè v'era dubbio ch'ei fosse reo di crudeltà e di tolto denaro: ma molte cose si univano pericolose ancora agl' innocenti; dovendo solo e non pratico di ragionare, e nel proprio pericolo, che indebolisce ancora un' eloquenza esercitata, risponder non che a tanti senatori avversarj, ai più eloquenti di tutta l'Asia scelti per accusarlo: nè Tiberio si asteneva di atterrirlo colla voce e col volto e colle frequenti interrogazioni, cui non poteva nè ribattere nè sfuggire; anzi spesso gli era forza confessare, perchè e' non paresse d'averlo invano interrogato. E per mettere alla tortura i servi ancor di Silano, l'attor pubblico (54) li comperò: perchè poi niun de' parenti accorresse al suo pericolo, gli si aggiungevano accuse di maestà, che serravano a tutti la bocca. Chiesto adunque lo spazio di pochi giorni abbandonò la difesa, e ardì scrivere a Cesare, mescendo i rimproveri alle preghiere.

LXVIII. Tiberio per giustificare con qualche esempio ciò che macchinava contro Silano,

bellos divi Augusti de Voleso Messala, ejusdem Asiæ proconsule, factumque in eum senatusconsultum recitari jubet. Tum L. Pisonem sententiam rogat: ille multum de clementia Principis *præfatus*, aqua atque igni Silano interdicendum *censuit*, ipsumque in insulam Gyarum relegandum. *Eadem ceteri, nisi quod Cn. Lentulus* separanda Silani materna bona (quippe alia parente geniti) reddendaque filio *dixit, adnuente Tiberio. At Cornelius Dolabella, dum adulationem longius sequitur, increpitis C. Silani moribus, addidit*: ne quis vita probrosus, et opertus infamia, provinciam sortiretur; idque Princeps dijudicaret. Nam a legibus delicta puniri: quanto fore mitius in ipsos, melius in socios, provideri, ne peccaretur?

LXIX. *Adversum quæ disseruit Cæsar*: Non quidem sibi ignara, quæ de Silano vulgabantur, sed non ex rumore statuendum: multos in provinciis contra, quam spes aut metus de illis fuerit, egisse: excitari quosdam ad meliora, magnitudine rerum; hebescere alios: neque posse Principem sua scientia cuncta complecti; neque expedire, ut ambitione aliena trahatur. Ideo leges in facta constitui, quia futura in in-

fa leggere il processo del divo Augusto ed il decreto del senato contro Voleso Messala proconsolo parimenti dell' Asia. Indi domanda il parere di L. Pisone, il quale dopo un lungo preambolo sulla clemenza del Principe disse, doversi Silano privato d' acqua e di fuoco confinar nell' isola Giaro. Gli aderirono gli altri; se non che Cn. Lentulo disse, che si separasro i beni materni di Cornelia sua madre (55), e si rendessero al figlio. Vi acconsentì Tiberio: ma Cornelio Dolabella portando più oltre l'adulazione, biasimati i costumi di C. Silano, aggiunse: *che niuno, la cui vita ricoperta fosse d' infamia, ottenesse la provincia; e ne fosse giudice il Principe. Esser dalle leggi puniti i delitti; ma quanto men duro ai rei e più utile agli alleati sarebbe, se si procurasse di impedirli?*

LXIX. Si oppose Cesare e disse: *saper anche esso ciò che dicevasi di Silano, ma nulla doversi stabilire sulle voci del volgo: aver molti governato le provincie contro la speranza o il timore concepito di loro: altri nei grandi affari animarsi ad opre migliori; avvilirsi altri; non poter il Principe saper tutto, nè dover lasciarsi trasportare a voglia altrui. Perciò le leggi risguardar ciò che è fatto, perchè in-*

certo sint: sic a majoribus institutum, ut si anteissent delicta, pœnæ sequerentur. Ne verterent sapienter reperta, et semper placita: satis onerum Principibus, satis etiam potentiæ: minui jura, quotiens gliscat potestas: nec utendum imperio, ubi legibus agi possit. *Quanto rarior apud Tiberium popularitas, tanto lætioribus animis accepta. Atque ille prudens moderandi, si propria ira non impelleretur, addidit,* insulam Gyarum immitem et sine cultu hominum esse: darent Juniæ familiæ, et viro quondam ordinis ejusdem, ut Cytheram potius concederet: id sororem quoque Silani, Torquatam, priscæ sanctimoniæ virginem, expetere. *In hanc sententiam facta discessio.*

LXX. *Post auditi Cyrenenses, et, accusante Anchario Prisco, Cæsius Cordus repetundarum damnatur. L. Ennium, equitem Romanum, majestatis postulatum,* quod effigiem Principis promiscuum ad usum argenti vertisset, *recipi Cæsar inter reos vetuit; palam aspernante Atejo Capitone, quasi per libertatem.* Non enim debere eripi patribus vim statuendi, neque tantum maleficium impune ha-

certo è il futuro : così avere i maggiori stabilito , che ai precedenti delitti venisser dietro le pene . Non cangiassero i ritrovati sapienti e sempre piaciuti : essere abbastanza gravati i Principi , abbastanza ancora potenti : diminuirsi i dritti qualor cresce il potere ; nè doversi far uso del comando dove parlan le leggi . Quanto più rara era in Tiberio la popolarità, tanto più lietamente allora fu accolta . Ed egli che ben sapea moderarsi quando non era da personal ira istigato , soggiunse : *esser Giaro un' isola orrida e disabitata : in grazia della famiglia Giunia , e d'uno stato già dell' ordin loro , gli concedessero andar piuttosto in Citera : ciò richiedere ancora la sorella di Silano , Torquata , Vergine di antica santità .* Fu questa sentenza approvata (56) .

LXX. Si udirono poi i Cirenesi , e Cesio Cordo (57) accusato da Ancario Prisco , fu condannato di concussione . Contro L. Ennio cavaliere Romano , accusato di maestà per aver convertito in comun uso d' argento una statua del Principe , non volle Cesare che si facesse processo . Atejo Capitone quasi mostrando libertà fece pubblica resistenza : *non doversi torre ai padri la potestà di deliberare , nè lasciar impunito sì gran misfatto ; nelle offese a sè fat-*

bendum: sane lentus in suo dolore esset; reipublicæ injurias ne largiretur. *Intellexit hæc Tiberius, ut erant magis, quam ut dicebantur: perstititque intercedere. Capito insignitior infamia fuit, quod humani divinique juris sciens, egregium publicum* (a), *et bonas domi artes dehonestavisset*.

LXXI. *Incessit dein religio, quonam in templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustæ equites Romani voverant* Equestri Fortunæ (b). *Nam etsi delubra ejus deæ multa in Urbe, nullum tamen tali cognomento erat: repertum est, ædem esse apud Antium, quæ sic nuncuparetur*, cunctasque cærimonias Italicis in oppidis, templaque, et numinum effigies, juris atque imperii Romani esse. *Ita donum apud Antium statuitur. Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum adversus Servium Maluginensem, flaminem Dialem, prompsit Cæsar; recitavitque decretum pontificum*: Quotiens valetudo adversa flaminem Dialem incessisset, ut, pontificis maximi arbitrio, plusquam binoctium abesset: dum ne diebus publici sacrificii, non sæpius quam

(a) *Egregium publicum*. Eo sensu quo *bonum publicum*. Et Livius dixit *pessimum publicum* lib. 2. *Nec dubitatur quin Brutus pessimo publico reges exacturus fuisset*.

(b) *Equestri fortunæ*. Admittenda videtur Gruteri conjectura emendantis *sequestri fortunæ*: fuit enim procul dubio Romæ templum *equestris fortunæ*, memoratum scriptoribus ante et post Ta-

te fosse pur lento, ma nei torti della repubblica men liberale. Comprese Tiberio che costui non parlava davvero, e seguitò ad opporsi. Tanto più scornato ne restò Capitone, perchè perito nel dritto umano e divino disonorò la pubblica dignità e la privata dottrina.

LXXI. Nacque poi scrupolo in qual tempio dovesse collocarsi il dono offerto per voto alla Fortuna Equestre dai cavalieri Romani per la salute d' Augusta. Perocchè v' erano in Roma assai tempj di quella Dea, ma niuno di tal nome. Trovato poi, che ve n' era uno in Anzio così chiamato, e stabilitosi che appartenevano all' impero Romano i culti tutti, i tempj e le immagini degli Dei che sono in Italia, ivi questo dono fu collocato. E poichè trattavasi di religione, produsse Cesare contro Servio Maluginese Flamine Diale la risposta poc' anzi differita; e lesse il decreto de' pontefici: *potere il flamine Diale in caso di malattia star fuori più di due notti ad arbitrio del Pontefice Massimo, fuorchè ne' giorni di pubblico sacrificio, nè più di*

citum. *Sequester* autem ex Gronovio non a *sequor*, quod Gellio creditum, sed a *secus* dicitur., quasi *secuster*, quoniam intervenit dissidentibus, ipse neutrarum partium, alius ac semotus ab utroque. Duas vero personas significat, vel *arbitri*, medii interpretis, vel *custodis*, penes quem res controversa deponitur. Et hoc sensu vox sumebatur in hoc adulatorio voto equitum, quippe qui salutem Augustæ apud fortunam quasi deposuerant, et huic illam custodiendam mandaverant.

bis eumdem in annum. *Quæ, Principe Augusto constituta; satis ostendebant, annuam absentiam et provinciarum administrationem Dialibus non concedi: memorabaturque L. Metelli, pontificis maximi, exemplum, qui Aulum Postumium, flaminem, attinuisset. Ita sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata.*

LXXII. *Iisdem diebus Lepidus ab senatu petivit*, ut basilicam Paulli, Aemilia monimenta, propria pecunia firmaret ornaretque. *Erat etiam tum in more publica munificentia: nec Augustus arcuerat* (a) *Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuvias, aut exundantes opes, ornatum ad Urbis, et posterûm gloriam conferre: quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniæ modicus, avitum decus recoluit. At Pompeji theatrum igne fortuito haustum, Cæsar exstructurum pollicitus est*, eo quod nemo e familia restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeji. *Simul laudibus Sejanum extulit*, tamquam labore vigilantiaque ejus tanta vis unum intra damnum stetisset; *et censuere patres* effigiem Sejano, quæ apud theatrum Pompeji locaretur. *Neque multo post Cæsar, cum Junium Blæsum, proconsulem Africæ,*

(a) *Arcuerat.* Vulgati mendose *arguerat*: Certissima emendatione reposuerunt Lipsius, et Gronovius *arcuerat*: i. e. vetuerat, prohibuerat.

due volte l'anno. Le quali cose statuite nel principato d'Augusto dimostravano abbastanza non esser permesso ai Diali la lontananza d'un anno e 'l governo delle provincie: e si allegava l'esempio di L. Metello Pontefice Massimo che ritenne il Flamine Aulo Postumio. Così il governo dell'Asia fu conferito al consolare più antico dopo Maluginese.

LXXII. In questi giorni Lepido domandò al senato la facoltà di ristorare e adornare a proprie spese la basilica di Paolo, monumento della famiglia Emilia. Era anche allora in uso la pubblica munificenza: nè Augusto avea vietato a Tauro, a Filippo, a Balbo l'impiegare in ornamento di Roma, e a gloria de' posteri le spoglie ostili o le esuberanti ricchezze: sul quale esempio allor Lepido, benchè non molto ricco, rinnovò lo splendore degli avi. Cesare poi promise di fabbricare il teatro di Pompeo per casuale incendio distrutto, e mantenergli l'antico nome; non potendo alcuno di quella famiglia restaurarlo. Lodò ancora Sejano per aver colla sua industria e vigilanza ristretto a questo sol danno sì grande incendio; e i padri gli decretarono una statua da collocarsi presso quel teatro. Nè molto dopo sollevando all'onore delle trionfali insegne (58) Giunio Bleso pro-

triumphi insignibus attolleret, dare id se, *dixit*, honori Sejani, *cujus ille avunculus erat*.

Tacfarinatem Junius Blæsus proturbat
et fratrem ejus capit.

LXXIII. *At tamen res Blæsi dignæ decore tali fuere. Nam Tacfarinas, quamquam sæpius depulsus, reparatis per intima Africæ auxiliis, huc adrogantiæ venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret*, sedemque *ultro* sibi atque exercitui suo *postularet*, *aut* bellum inexplicabile *minitaretur*. *Non alias magis sua populique Romani contumelia indoluisse Cæsarem ferunt*, *quam* quod desertor et prædo, hostium more, ageret. Ne Spartaco quidem, post tot consularium exercituum clades inultam Italiam urenti, quamquam Sertorii atque Mithridatis ingentibus bellis labaret respublica, datum, ut pacto in fidem acciperetur: nedum, pulcherrimo populi Romani fastigio, latro Tacfarinas, pace et concessione agrorum redimeretur. *Dat negotium Blæso*, ceteros quidem ad spem proliceret arma sine noxa ponendi; ipsius autem ducis quoquo modo potiretur.

consolo d' Africa, disse di farlo per onorar Sejano, di cui era Bleso zio materno.

Giunio Bleso batte Tacfarinate, e fa prgioniero suo fratello

LXXIII. Ma pur le imprese di Bleso eran degne di un tale onore. Perocchè Tacfarinate benchè più volte cacciato, procurati ajuti nell'interno dell'Africa, giunse a tale arroganza, che per ambasciadori domandò a Tiberio paese per sè e per l' esercito suo; e minacciava, se gliel negasse, irreconciliabile guerra. Dicon che Cesare non tanto mai si dolesse de' torti a lui fatti o al popolo Romano, quanto allora che un disertore, un ladrone trattava seco a guisa di nemico. *Non essersi voluto ricevere a patti neppure Spartaco, che dopo tante stragi di consolari eserciti, vacillando la repubblica per le guerre formidabili di Sertorio e di Mitridate, incendiava impunemente l' Italia: molto meno in questo sublime stato del popolo Romano doversi ceder terreno ad un Tacfarinate, ad un assassino per comperare da lui la pace.* Ordina a Bleso di tirar gli altri alla speranza di deporre senza lor danno le armi; ma d' impadronirsi ad ogni modo del lor capo.

LXXIV. *Et recepti ea venia plerique: mox adversum artes Tacfarinatis, haud dissimili modo belligeratum. Nam quia ille, robore exercitus impar, furandi melior, plures per globos incursaret, eluderetque, et insidias simul tentaret; tres incessus, totidem agmina parantur: ex quis Cornelius Scipio legatus præfuit, qua prædatio in Leptitanos* (a), *et suffugia Garamantum; alio latere, ne Cirtensium pagi impune traherentur, propriam manum Blæsus filius duxit: medio, cum delectis castella et munitiones idoneis locis imponens, dux ipse arcta et infensa hostibus cuncta fecerat; quia, quoquo inclinarent, pars aliqua militis Romani in ore, in latere, et sæpe a tergo erat: multique eo modo cæsi, aut circumventi. Tunc tripartitum exercitum plures in manus dispergit, præponitque centuriones virtutis expertæ: nec, ut mos fuerat, acta æstate retrahit copias, aut in hibernaculis veteris provinciæ componit: sed ut in limine belli, dispositis castellis, per expeditos et solitudinum gnaros, mutantem mapalia Tacfarinatem proturbat: donec, fratre ejus capto, regressus est, properantius tamen, quam ex utilitate sociorum,*

(a) *Leptitanos*. Alii legunt *Leptinos*; sed *Leptitanos* hic forte rescribendum, ut Hist. 4, 50.

LXXIV. Per tal perdono la maggior parte s' arrese : all' arte poi di Tacfarinate si oppose egual arte . Siccome egli inferiore di forze , e più sperto in rubare scorreva con più masnade , e scappava insieme e tendeva agguati ; così per tre bande si fan marciare tre schiere : con una Cornelio Scipione legato lo inseguiva dove andava a saccheggiare i Leptitani , e a ritirarsi ne' Garamanti : Bleso il figlio da un' altra parte spinse le sue truppe per impedirgli di dare impunemente il guasto ai villaggi dei Cirtesi : nel mezzo Bleso stesso con gente scelta, alzando forti e ripari in siti opportuni, gli rendeva difficile e pericoloso ogni sforzo: perocchè ovunque si volgesse trovava qualche parte del Romano esercito a fronte, ai fianchi , e spesso a tergo: così molti de' suoi furono uccisi o circondati . Allora Bleso divide le tre parti dell'esercito in più schiere sotto il comando di sperimentati centurioni ; nè passata l' estate riconduce le truppe a svernare nei soliti quartieri della provincia ; ma come in principio di guerra , munisce i forti , e con gente spedita e pratica di que' deserti caccia Tacfarinate dalle capanne, che andava ognora cangiando. Finalmente fatto prigione un suo fratello tornossene più presto che non richiedeva il bisogno de-

relictis, per quos resurgeret bellum. Sed Tiberius, pro confecto interpretatus, id quoque Blæso tribuit, ut imperator *a legionibus salutaretur; prisco erga duces honore, qui, bene gesta republica, gaudio, et impetu victoris exercitus conclamabantur: erantque plures simul imperatores, nec super ceterorum æqualitatem: concessit quibusdam et Augustus id vocabulum; ac tunc Tiberius Blæso postremum.*

Mortes illustres et funera.

LXXV. *Obiere eo anno viri inlustres, Asinius Saloninus, M. Agrippa et Pollione Asinio avis, fratre Druso insignis, Cæsarique progener destinatus: et Capito Atejus, de quo memoravi, principem in civitate locum studiis civilibus adsecutus, sed avo centurione Sullano, patre prætorio. Consulatum ei adceleraverat Augustus, ut Labeonem Antistium, iisdem artibus præcellentem, dignatione ejus magistratus anteiret. Namque illa ætas duo pacis decora simul tulit: sed Labeo incorrupta libertate, et ob id fama celebratior: Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur. Illi,*

gli alleati, lasciando chi avrebbe risvegliato la guerra. Ma Tiberio dichiarandola terminata concedette ancora a Bleso l'essere salutato *Imperadore* dalle legioni; antico onore che nell'impeto dell' allegrezza l'esercito vincitore faceva a quei capitani che avevan bene amministrata la guerra: vi erano al tempo stesso più Imperadori, ma uguali agli altri cittadini: Augusto ancora concedette questo titolo ad alcuni; allora Tiberio, e fu questa l' ultima volta, a Bleso.

Morti e funerali di persone illustri.

LXXV. Morirono in quest' anno gl' illustri personaggi, Asinio Salonino nipote di M. Agrippa e di Pollione Asinio, fratello di Druso, e destinato marito d'una nipote di Cesare (59); e Capitone Atejo, di cui ho fatto menzione, riputato il primo giureconsulto di Roma: il suo avo fu centurione di Sulla, il padre non più che pretore. Augusto il sollevò presto al consolato, perchè colla dignità di questa magistratura precedesse a Labeone Antistio, eccellente nella medesima facoltà: due grandi luminari di pace prodotti da quella età: ma Labeone più famoso perchè d' incorrotta libertà: Capitone perchè cortigiano più accetto ai

quod præturam intra stetit, commendatio ex injuria; huic, quod consulatum adeptus est, odium ex invidia oriebatur.

LXXVI. *Et Junia, sexagesimo quarto post Philippensem aciem anno, supremum diem explevit, Catone avunculo genita, C. Cassii uxor, M. Bruti soror. Testamentum ejus multo apud vulgum rumore fuit; quia, in magnis opibus, cum ferme cunctos proceres cum honore nominavisset, Cæsarem omisit: quod civiliter acceptum: neque prohibuit quominus laudatione pro rostris, ceterisque sollemnibus funus cohonestaretur. Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlii, Quinctii, aliaque ejusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso, quod effigies eorum non visebantur.*

Regnanti. Il primo, per non aver oltrepassato la pretura, ritrasse stima dal torto: l'altro per esser giunto al consolato, malevolenza dagl' invidiosi.

LXXVI. Ancor Giunia nata d'una sorella di Catone, moglie di C. Cassio, sorella di M. Bruto morì in quest' anno sessantesimo quarto dopo la giornata di Filippi. Si parlò molto dal volgo del suo testamento; perchè avendo onorato quasi tutti i principali delle sue grandi ricchezze, preterì Cesare: il qual prendendo civilmente la cosa, lasciò che il suo funerale fosse onorato e coll'elogio dai rostri e colle altre solennità. Lo precederon le immagini di venti delle più illustri famiglie, i Manlj, i Quinzj ed altri nomi della medesima nobiltà. Ma Bruto e Cassio, perchè appunto non v' erano, facean più bella comparsa (60).

BREVIARIUM

LIBRI QUARTI.

I. Ælii Sejani origo et mores. II. Militari et senatorio ambitu ad dominationem adspirat. III. Qualem exercituum et reipublicæ statum nactus. VIII. Primas dominandi spes, veneno Druso Cæsari dato, auspicatur, conscia uxore ejus Livia. Senatum, morte Drusi mœstum, erigit Tiberius; patribusque commendat, ut imperii heredes, Germanici filios. XII. Germanici filiis, matrique Agrippinæ perniciem molitur Sejanus, scelerum ferox. XIII. Aliquot provinciarum legationes et accusationes. Histriones Italia pulsi. XV. Templum ab Asiæ civitatibus Tiberio, Liviæ, et senatui decretum. XVI. De flamine Diali nova lex. XVII. Neronem et Drusum, Germanici filios, Diis commendatos a pontificibus queritur Tiberius. XVIII. Qua causa promptissimos Germanici amicos subvertit Sejanus. Alii accusati ac damnati. XXIII. In Africa bello finem imponit Dolabella, cæso Tacfarinate. XXVII. Mota per Italiam servilis belli semina statim oppressa. XXVIII. Vibius Serenus a filio accusatus. P. Suilius, Cremutius Cordus, aliique damnati. XXXVI. Cyzicenis libertas adempta. XXXVII. Tiberius spernit templi honorem ab Hispanis oblatum. XXXIX. Sejanus, nimia fortuna socors, Liviam sibi uxorem petit. XLI, Matrimonii spe dejectus, Principem ad vitam procul Roma degendam impellit. XLIII. Legationes Græcorum de asylorum jure. XLIV. Mors Cn. Lentuli et L. Domitii. XLV. L. Piso in Hispania interficitur. XLVI. Contusis Thracum gentibus, triumphi insignia accipit Poppæus Sabinus. LII. Claudia Pulchra adulterii accusata et damnata. LIII. Agrippina maritum sibi postulat, nec obtinet. LV. Undecim Asiæ urbes certant, in qua earum templum Tiberii staтueretur. Smyrnæi prælati. LVII. Tiberius in Campaniam secedit. Ibi repentino lapidum lapsu periclitantem,

SOMMARIO

DEL LIBRO QUARTO.

I. Origine e costumi di Elio Sejano. II. Cattivandosi soldati e senatori aspira al dominio. III. Stato degli eserciti e della repubblica a' tempi di Sejano. VIII. Dato a Druso il veleno aspira d' accordo con Livia al dominio. Tiberio conforta il senato afflitto per la morte di Druso, e gli raccomanda i figli di Germanico, come eredi dell' impero. XII. Sejano infellonito macchina la ruina dei figli di Germanico, e della madre Agrippina. XIII. Ambascerie ed accuse d' alcune provincie. Istrioni cacciati d' Italia. XV. Tempio decretato dalle città dell' Asia a Tiberio, a Livia, al senato. XVI. Nuova legge intorno al flamine Diale. XVII. Querele di Tiberio per avere i pontefici raccomandato agli Dei Nerone e Druso figliuoli di Germanico. XVIII. I più animosi amici di Germanico perseguitati da Sejano. Altri accusati e condannati. XXIII. Dolabella, ucciso Tacfarinate, pon fine alla guerra dell' Africa. XXVII. Guerra servile appena mossa in Italia e repressa. XXVIII. Vibio Sereno accusato dal figlio. Condanna di P. Suilio, di Cremuzio Cordo e d' altri. XXXVI. Libertà tolta ai Ciziceni. XXXVII. Tiberio ricusa l' onor del tempio offertogli dagli Spagnuoli. XXXIX. Sejano accecato da troppa fortuna chiede le nozze di Livia. XLI. Perduta la speranza del matrimonio induce il Principe a viver lungi da Roma. XLIII. Ambascerie de' Greci sul dritto degli asili. XLIV. Morte di Gn. Lentulo e Lucio Domizio. XLV. L. Pisone ucciso in Ispagna. XLVI. Poppeo Sabino per aver domato i Traci riporta le insegne del trionfo. LII. Claudia Pulcra accusata e condannata di adulterio. LIII. Agrippina chiede marito e non l'ottiene. LV. Competenza di undici città dell' Asia per fabbricare il tempio a Tiberio. Smirne prescelta. LVII. Tiberio si ritira in Campania, dove Sejano colla sua persona lo salva dal pericolo d' una ruina di

opposito corpore, periculo eximit Sejanus, ex eo major, et adversus Germanici stirpem audacior. LX. Neronem adgreditur. LXII. Apud Fidenas amphitheatri casu quinquaginta hominum millia debilitata, vel obtrita. LXIV. Romæ deustus mons Cælius. LXVII. In insulam Capreas se abdit Tiberius. Sejanus apertis adversum Agrippinam et Neronem insidiis grassatur. LXVIII. Titius Sabinus ob amicitiam Germanici ipsis Calendis Januarii punitur. LXXI. Mors Juliæ, Augusti neptis. LXXII. Frisii rebellant, et ægre repressi. LXXV. Agrippina, Germanici filia, Cn. Domitio nupta.

Hæc sexennio fere gesta.

An. U. C. Ær. Chr.

DCCLXXVI.	23.	*COSS.*	*C. Asinio Pollione.* *C. Antistio Vetere.*
DCCLXXVII.	24.	*COSS.*	*Sergio Cornelio Cethego.* *L. Visellio Varrone.*
DCCLXXVIII.	25.	*COSS.*	*M. Asinio Agrippa.* *Cosso Cornelio Lentulo.*
DCCLXXIX.	26.	*COSS.*	*Cn. Cornelio Lentulo Gætulico.* *C. Calvisio Sabino.*
DCCLXXX.	27.	*COSS.*	*M. Licinio Crasso.* *L. Calpurnio Pisone.*
DCCLXXXI.	28.	*COSS.*	*Ap. Junio Silano.* *P. Silio Nerva.*

sassi : quindi diviene più potente ed ardito contro la famiglia di Germanico. LX. Assale Nerone. LXII. Cinquantamila persone restano storpiate o schiacciate sotto le ruine d'un Anfiteatro in Fidene. LXIV. Monte Celio arso in Roma. LXVII. Tiberio si nasconde nell'isola di Capri. Aperte insidie di Sejano contro Agrippina e Nerone. LXVIII. Tizio Sabino per l'amicizia di Germanico punito al primo dell'anno. LXXI. Morte di Ginlia nipote d'Augnsto. LXXII. Ribellione de' Frisj repressa a stento. LXXV. Agrippina figlia di Germanico maritata a Gn. Domizio.

Comprende circa sei Anni.

Anni di Roma,	di Cristo		
DCCLXXVI.	23.	CONSOLI	C. Asinio Pollione. / C. Antistio Vetere.
DCCLXXVII.	24.	CONSOLI	Sergio Cornelio Cetego. / L. Visellio Varrone.
DCCLXXVIII.	25.	CONSOLI	M. Asinio Agrippa. / Cosso Cornelio Lentulo.
DCCLXXIX.	26.	CONSOLI	Cn. Corn. Lentulo Getulico. / C. Calvisio Sabino.
DCCLXXX.	27.	CONSOLI	M. Licinio Crasso. / L. Calpurnio Pisone.
DCCLXXXI.	28.	CONSOLI	Ap. Giunio Silano. / P. Silio Nerva.



An. U. C. DCCLXXVI. Aer. Chr. 23.

Ælii Sejani origo et mores.

I. *C. Asinio, C. Antistio consulibus, nonus Tiberio annus erat compositæ reipublicæ, florentis domus: (nam Germanici mortem inter prospera ducebat) cum repente turbare* (a) *fortuna cœpit; sævire ipse, aut sævientibus vires præbere. Initium et causa penes Aelium Sejanum, cohortibus prætoriis præfectum, cujus de potentia supra memoravi: nunc originem, mores, et quo facinore dominationem raptum ierit, expediam. Genitus Vulsiniis, patre Sejo Strabone, equite Romano, et prima juventa C. Cæsarem, divi Augusti nepotem, sectatus, non sine rumore Apicio, diviti et prodigo, stuprum veno dedisse* (b)*: mox Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut obscurum adversum alios, sibi uni incautum intectumque efficeret; non tam solertia, (quippe iisdem artibus victus est) quam deûm ira in rem Romanam, cujus pari exitio viguit, ceciditque. Cor-*

(a) *Turbare*. Absolute positum, pro turbida esse.
(b) *Veno dedisse*. Ita cum Flor. Pichena et J. Gronovius, quos sequitur Ernestus, pro vulgato *venum dedisse*.



Anno di Roma DCCLXXVI. *di Cristo* 23.

Origine e costumi di Elio Sejano.

I. Nel consolato di C. Asinio e C. Antistio correva il nono anno, che Tiberio era capo di una repubblica tranquilla, d'una famiglia fiorente (poiche la morte di Germanico era per lui una prosperità): quando all'improvviso cominciò la fortuna a turbarsi, esso ad incrudelire o dar mano ai crudeli. Ne fu la prima cagione Elio Sejano (1) Prefetto de' pretoriani, della cui potenza ho sopra parlato: or ne dirò l'origine, i costumi, e 'l misfatto (2) onde giunse a rapire il dominio. Nato in Bolsena di Sejo Strabone Cavaliere Romano corteggiò giovanetto C. Cesare nipote del divo Augusto, non senza voce d'essersi a prezzo prostituito ad Apicio prodigo e ricco: indi con varie arti si cattivò a segno Tiberio, che a lui solo questi si apriva senza la cupezza e cautela usata con altri; nè ciò tanto ottenne per destrezza (che per destrezza fu vinto) quanto per ira degli Dei contro Roma, a cui ruina egualmente e crebbe e cadde. Fu di corpo resistente alle fatiche, di

pus illi laborum tolerans, animus audax: sui obtegens, in alios criminator: juxta (a) *adulatio et superbia: palam compositus pudor, intus summa apiscendi libido: ejusque causa modo largitio et luxus, sæpius industria ac vigilantia, haud minus noxiæ, quotiens parando regno finguntur.*

Militari et Senatorio ambitu ad dominationem adspirat.

II. *Vim præfecturæ, modicam antea, intendit, dispersas per Urbem cohortes una in castra conducendo; ut simul imperia acciperent, numeroque et robore, et visu inter se, fiducia ipsis, in ceteros metus crederetur* (b). *Prætendebat*, lascivire militem diductum: si quid subitum ingruat, majore auxilio pariter subveniri: et severius acturos, si vallum statuatur procul Urbis inlecebris. *Ut perfecta sunt castra, inrepere paullatim militares animos, adeundo, appellando: simul centuriones ac tribunos ipse deligere: neque senatorio ambitu abstinebat, clientes suos honoribus aut provinciis ornando, facili Tiberio, atque ita prono, ut* socium la-

(a) *Juxta*. In pari gradu.

(b) *Fiducia ipsis, in ceteros metus crederetur*. Lege cum Savilio *crearetur*, probante Ryckio, hoc sensu, ut milites ipsi assiduo conspectu suæ multitudinis audaciores essent, et nemo Romæ

animo audace: ricopriva sè stesso, incolpava altri: adulatore non men che superbo: affettava in pubblico modestia, internamente avidissimo di dominare: quindi or prodigo e splendido, sovente pieno d'industria e vigilanza; arti non men dannose, quando si fingono per giungere al regno.

Cattivandosi soldati e senatori aspira al dominio.

II. Accrebbe il potere prima non grande della prefettura col ridurre in un sol quartiere le coorti sparse per Roma; acciocchè ricevendo unitamente i comandi, e vedendosi cresciute di numero e di forza incoraggisser sè stesse, atterrissero gli altri. Allegava i disordini della soldatesca divisa: *potere unita più facilmente prestare ajuto ne'subitanei tumulti, e meglio conservare la disciplina in un quartier separato dalle delizie della città*. Il quale tostochè fu terminato insinuossi a poco a poco negli animi dei soldati, visitandoli, chiamandoli a nome, scegliendo egli stesso i centurioni e i tribuni. Piaggiava ancora i senatori, procurando onori o governi ai suoi aderenti: Tiberio lo secondava a

res novas tentare auderet, cum tantus exercitus pro salute imperatoris excubaret ad portas urbis.

borum, *non modo in sermonibus, sed apud patres et populum celebraret, colique per theatra et fora effigies ejus, interque principia legionum sineret*.

Qualem exercituum et reipublicæ statum nactus.

III. *Ceterum plena Cæsarum domus, juvenis filius, nepotes adulti, moram cupitis adferebant: et, quia vi tot simul corripere intutum, dolus intervalla scelerum poscebat. Placuit tamen occultior via, et a Druso incipere, in quem recenti ira ferebatur. Nam Drusus, impatiens æmuli, et animo commotior, orto forte jurgio, intenderat Sejano manus, et contra tendentis os verberaverat. Igitur cuncta tentanti promptissimum visum, ad uxorem ejus Liviam convertere; quæ, soror Germanici, formæ initio ætatis indecoræ, mox pulchritudine præcellebat. Hanc, ut amore incensus, adulterio pellexit: et, postquam primi flagitii potitus est, (neque femina amissa pudicitia, alia abnuerit) ad conjugii spem, consortium regni,*

segno, che non sol ne' discorsi, ma nel senato e nelle popolari adunanze lo celebrava qual compagno di sue fatiche; e permetteva che le sue statue fossero venerate ne' teatri, ne' fori e tra le insegne delle legioni (3).

Stato degli eserciti, e della repubblica a' tempi di Sejano.

III. Ma i tanti Cesari della imperial casa, un figlio giovane, i nipoti adulti ritardavano le sue brame: l'opprimerli tutti insieme colla forza era cosa pericolosa; la frode voleva tempo tra un delitto e l' altro. Piacqueli la via più occulta, e cominciò da Druso, col quale era di fresco sdegnato. Perocchè Druso intollerante di emulo, e d' animo risentito altercando a caso con Sejano avventossigli addosso, e mentre questi si schermiva, lo percosse nel viso. Nel tentar dunque tutti i mezzi il più spedito gli parve il rivolgersi a Livia consorte di Druso e sorella di Germanico, famosa allor per bellezza, benchè fosse stata nell' età prima deforme. Allettolla quasi infiammato d'amore all'adulterio; e ottenuta la prima infamità (che perduta l'onestà niente niega una donna) l'induce a sperar le sue nozze, e per regnar con lui a dar la morte al

et necem mariti impulit. Atque illa, cui avunculus (a) *Augustus, socer Tiberius, e Druso liberi, seque ac majores et posteros municipali adultero fœdabat; ut, pro honestis et præsentibus, flagitiosa et incerta exspectaret. Sumitur in conscientiam Eudemus, amicus ac medicus Liviæ, specie artis frequens secretis: pellit domo Sejanus uxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne pellici suspectaretur. Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diversa interdum consilia adferebat.*

IV. *Interim anni principio Drusus, ex Germanici liberis, togam virilem sumpsit; quæque fratri ejus Neroni decreverat senatus, repetita: addidit orationem Cæsar, multa cum laude filii sui*, quod patria benevolentia in fratris liberos foret. *Nam Drusus (quamquam arduum sit, eodem loci potentiam et concordiam esse) æquus adolescentibus, aut certe non adversus habebatur. Exin vetus et sæpe simulatum proficiscendi in provincias consilium refertur*: multitudinem veteranorum *prætexebat Imperator*, *et* delectibus supplendos exercitus: nam voluntarium militem deesse; ac si suppeditet, non eadem virtute ac modestia agere: quia plerumque inopes ac vagi sponte militiam sumant.

(a) *Avunculus*. Major avunculus. Vide ad Ann. 2, 27.

marito. Così la nipote d'Augusto, la nuora di Tiberio, colei che di Druso avea figliuoli, disonorava sè, i maggiori ed i posteri con un adultero municipale (4); e alle speranze oneste e presenti anteponeva le scellerate ed incerte. Eudemo amico e medico di Livia spesso sotto il pretesto dell'arte è chiamato a parte dei segreti: Sejano caccia di casa la moglie Apicata da cui avea tre figliuoli, per non dar sospetto alla adultera. Ma la grandezza del fatto portava seco timori, indugj e consigli talora opposti.

IV. Frattanto al principio dell' anno Druso figliuol di Germanico vestì la toga virile; e rinnovossi ciò che il senato avea decretato pel suo fratello Nerone (5): v' aggiunse Cesare un discorso, in cui lodò molto il figliuol suo, perchè amava da padre i figliuoli del fratello. E certo Druso (benchè potenza e concordia difficilmente s' uniscano) era creduto favorevole, o almeno non contrario a quei giovinetti. Quindi si rinnova l'antica e spesso finta proposta di visitar le provincie: allegava l' Imperadore la moltitudine de' veterani, e il bisogno di rifornire con nuove leve gli eserciti; poichè mancavano i volontarj, o se v' erano, non erano egualmente coraggiosi e moderati, assoldandosi per lo più spontaneamente i poveri e i va-

Percensuitque cursim numerum legionum, et quas provincias tutarentur. Quod mihi quoque exsequendum reor, quæ tum Romana copia in armis, qui socii reges, quanto sit angustius imperitatum.

V. *Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud et Ravennam, proximumque Galliæ litus rostratæ naves præsidebant* (a), *quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Forojuliense miserat, valido cum remige. Sed præcipuum robur Rhenum juxta, commune in Germanos Gallosque subsidium, octo legiones erant. Hispaniæ, recens perdomitæ, tribus habebantur: Mauros Juba rex acceperat, donum populi Romani. Cetera Africæ, per duas legiones, parique numero Aegyptus: deinc initio ab Syria usque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quatuor legionibus coercita; accolis Ibero, Albanoque, et aliis regibus, qui magnitudine nostra proteguntur adversum externa imperia. Et Thraciam Rhœmetalces, ac liberi Cotyis; ripamque Danubii, legionum duæ in Pannonia, duæ in Mœsia, attinebant: totidem apud Dalmatiam locatis, quæ positu regionis a tergo illis* (b),

(a) *Præsidebant*. Sic Ann. 3, 29. Vellejus *proximum exercitum præsidebat*.

(b) *Illis*. Legionibus quæ in Mœsia et Pannonia.

gabondi. E riandò alla sfuggita il numero delle legioni, e le provincie ove eran di guardia. Il perchè credo di dover anch'io riferire quanta allor fosse la forza armata di Roma, quali i Re collegati, quanto più ristretto l'impero (6).

V. Due flotte ne' due mari presso Miseno e Ravenna guardavan l'Italia; e quelle navi rostrate, che prese nella vittoria d'Azio mandò Augusto al foro di Giulio con forte ciurma, il vicin lido della Gallia. Il nerbo maggior delle forze era sul Reno; otto legioni, comun freno ai Germani ed ai Galli. Tre nelle Spagne domate di fresco (7). Giuba avea ricevuto in dono dal popolo Romano il regno de' Mori. Il restante dell' Africa era frenato da due legioni, da due l'Egitto, e da quattro tutto quel gran tratto di terra, che stendendosi dal principio della Sorìa fino all' Eufrate confina coll' Ibero, e coll' Albano e con altri Re dalla grandezza nostra difesi contro le forze dei Re stranieri. Remetalce e i figli di Coti occupavan la Tracia; e due legioni nella Pannonia, due nella Mesia le ripe del Danubio; altrettante in Dalmazia eran poste a tergo di quelle per la situazion del paese, e pronte ad

ac, si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur: quamquam insideret Urbem proprius miles, tres urbanæ, novem prætoriæ cohortes, Etruria ferme Umbriaque delectæ, aut vetere Latio, et coloniis antiquitus Romanis. At apud idonea provinciarum sociæ triremes (a), *alæque, et auxilia cohortium: neque multo secus in iis virium* (b): *sed persequi incertum fuerit, cum ex usu temporis huc illuc mearent, gliscerent numero, et aliquando minuerentur.*

VI. *Congruens crediderim recensere ceteras quoque reipublicæ partes, quibus modis ad eam diem habitæ sint; quando Tiberio mutati in deterius principatus initium ille annus attulit. Jam primum publica negotia, et privatorum maxima, apud patres tractabantur: dabaturque primoribus disserere; et in adulationem lapsos, cohibebat ipse. Mandabatque honores, nobilitatem majorum, claritudinem militiæ, inlustres domi artes* (c) *spectando; ut satis constaret, non alios potiores fuisse. Sua consulibus, sua prætoribus species: minorum quoque magistratuum exercita potestas; legesque, si*

(a) *Sociæ triremes*. Ut classis in Danubio, in Ponto, in Rheno ec.

(b) *Neque multo secus in iis virium*. Quam in classibus et legionibus Romanis.

(c) *Inlustres domi artes*. Quas alibi *civilia studia* vocat; puta eloquentiam, jurisprudentiam ec.

accorrere in Italia in caso di repentino bisogno; benchè vi fosse in Roma la propria guardia, tre coorti urbane e nove pretorie, scelte per lo più dall' Etruria e dall' Umbria, o dall' antico Lazio e dalle vecchie colonie Romane. Ne' luoghi poi opportuni delle provincie v' eran forze poco inferiori; flotte di alleati, truppe ausiliarie di fanti e cavalli; di cui non può darsene esatto conto, essendo secondo i tempi ora in un luogo or in un altro, ora più ed ora men numerose.

VI. E poichè in quell' anno il principato di Tiberio cominciò a peggiorare, stimo ben fatto il dar conto ancora dello stato, in cui furono fino a quel tempo le altre parti della repubblica. Primieramente i pubblici negozj e i più importanti dei privati si trattavan dai padri, ai primi de' quali era permesso dir lor parere; ma se adulavano ne li riprendeva esso stesso. Nel compartir gli onori avea riguardo alla nobiltà de' maggiori, alla gloria militare, alle più belle virtù civili, onde apparisse che i preferiti più degli altri n' erano degni. I consoli e i pretori ritenevano l' antico lustro: esercitavano ancora il lor potere i magistrati minori; e delle leg-

majestatis quæstio eximeretur, bono in usu. At frumenta, et pecuniæ vectigales, cetera publicorum fructuum, societatibus equitum Romanorum agitabantur. Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat; semelque adsumpti tenebantur, prorsus sine modo, cum plerique iisdem negotiis insenescerent. Plebes acri quidem annona fatigabatur: sed nulla in eo culpa ex Principe: quin infecunditati terrarum, aut asperis maris obviam iit, quantum impendio, diligentiaque poterat. Et ne provinciæ novis oneribus turbarentur, utque vetera, sine avaritia aut crudelitatè magistratuum, tolerarent, providebat: corporum verbera, ademptiones bonorum aberant.

VII. *Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta* (a) *servitia, intra paucos libertos domus: ac si quando cum privatis disceptaret, forum et jus. Quæ cuncta, non quidem comi via, sed horridus, ac plerumque formidatus, retinebat tamen, donec morte Drusi verterentur. Nam dum superfuit, mansere; quia Sejanus, incipiente adhuc potentia, bonis consiliis notescere volebat; et ultor metuebatur, non occultus*

(a) *Modesta*. Intra modestiam se continentia, non superba et arrogantia, ut plerumque servi principum.

gi, tranne quella di maestà, si faceva buon uso. Le imposte in frumento (8) e in denaro, ed altre pubbliche entrate si amministravano da compagnie di cavalieri Romani (9). Cesare nello scegliere gli amministratori de' proprj affari si regolava dalle prove o se gli erano ignoti dalla fama; e scelti una volta non li rimoveva mai più, sicchè moltissimi invecchiavano nelle medesime amministrazioni. La plebe certo pativa del caro prezzo de' viveri; ma senza colpa del Principe, il quale non risparmiò nè spesa nè industria alcuna per render fertili le terre, trattabili i mari. Provide ancora che le provincie non fosser gravate di nuovi pesi, e senza avarizia o crudeltà de' magistrati tollerasser gli antichi: non eran più in uso le verghe, non più le confiscazioni de' beni.

VII. Poche eran le campagne di Cesare per l'Italia, non insolenti i servi, non molti i liberti in casa; e se lite avea co' privati si agitava nel foro e ne' tribunali. Le quali cose tutte non già con modi cortesi, ma dispettosi e per lo più formidabili, pure ritenne, finchè cangiaronsi alla morte di Druso. E se non prima, fu perchè Sejano sul principio di sua potenza volea passare per buon consigliere, e temea la vendetta d'un nemico scoperto, che spesso si

odii, et crebro querens, incolumi filio, adjutorem imperii alium vocari: et quantum superesse, ut collega dicatur? Primas dominandi spes in arduo: ubi sis ingressus, adesse studia et ministros: exstructa jam, sponte præfecti, castra; datos in manum milites: cerni effigiem ejus in monimentis Cn. Pompeji: communes illi cum familia Drusorum fore nepotes (a): precandam post hæc modestiam (b), ut contentus esset. *Neque raro, neque apud paucos talia jaciebat: et secreta quoque ejus, corrupta uxore, prodebantur.*

Primas dominandi spes, veneno Druso Cæsari dato, auspicatur, conscia uxore ejus Livia. Senatum, morte Drusi mæstum, erigit Tiberius, patribusque commendat, ut imperii heredes, Germanici filios.

VIII. *Igitur Sejanus maturandum ratus, deligit venenum, quo paullatim inrepente, fortuitus morbus adsimularetur: id Druso datum per Lygdum spadonem, ut octo post annos cognitum est. Ceterum Tiberius per omnes valetudinis ejus dies, nullo metu, an ut firmitudi-*

(a) *Communes. . . . nepotes*. Quod filio Claudii socer Sejanus destinaretur. Ann. 3, 29.

(b) *Precandam. . . . modestiam*. Nempe Sejano, qui eo creverat, ut coerceri, atque adeo modestia ei imperari non posse vi-

doleva, *chiamarsi altro coadiutore all' impero vivente il figlio: e quanto restare per dichiararlo collega? i primi passi al dominio esser difficili; ma fatti una volta non mancar fautori e ministri: già i quartieri fatti a modo del prefetto; i soldati al suo comandò: la sua statua al teatro di Cn. Pompeo* (10): *avrà ancor comuni i nipoti con la famiglia de' Drusi*(11): *doversi pregar, che si moderi e non brami di più*. Frequenti e pubbliche eran queste querelé di Druso, e quando eran segrete la corrotta moglie le rivelava.

Dato a Druso il veleno aspira d' accordo con Livia al dominio. Tiberio conforta il senato afflitto per la morte di Druso, e gli raccomanda i figli di Germanico, come eredi dell' impero.

VIII. Sejano adunque credendo necessaria la sollecitudine scelse un veleno, che lentamente insinuandosi producesse un morbo all' apparenza fortuito; e per mezzo dell' eunuco Ligdo diello a Druso, come otto anni dopo si riseppe. Tiberio in tutto il tempo della sua malattia o

deretur. Ita Gronovius, qui contra Lipsium contendit hæc verba Taciti non esse intelligenda de Modestiæ numine: nullam enim talem deam apud Romanos cultam.

nem animi ostentaret, etiam defuncto, necdum sepulto, curiam ingressus est: consulesque, sede vulgari, per speciem mœstitiæ sedentes, honoris locique admonuit; et effusum in lacrymas senatum, victo gemitu, simul oratione continua erexit. Non quidem sibi ignarum, posse se argui, quod tam recenti dolore subierit oculos senatus: vix propinquorum adloquia tolerari, vix diem aspici a plerisque lugentium: neque illos imbecillitatis damnandos; se tamen fortiora solatia e complexu reipublicæ petivisse. *Miseratusque* Augustæ extremam senectam, rudem adhuc nepotum, et vergentem ætatem suam, ut Germanici liberi, unica præsentium malorum levamenta, inducerentur, *petivit*. *Egressi consules firmatos adloquio adolescentulos, deductosque ante Cæsarem statuunt. Quibus adprehensis*, Patres conscripti, hos, *inquit*, orbatos parente, tradidi patruo ipsorum, precatusque sum, quamquam esset illi propria soboles, ne secus quam suum sanguinem foveret ac tolleret, sibique et posteris conformaret. Erepto Druso, preces ad vos converto, Diisque et patria coram obtestor, Augusti pronepotes, clarissimis majoribus genitos, suscipite, regite: vestram meamque vicem explete. Hi vobis, Ne-

non temè, o finse coraggio: morto poi e non ancor seppellito entrò pure in senato, ed ai consoli che per mostrar mestizia in umil seggio sedevano (12), ricordò la dignità e luogo loro: quindi reprimendo i sospiri confortò i padri, che dirottamente piangevano, con discorso non interrotto. *Ben saper esso la sua venuta in senato in così fresco dolore poter esser ripresa: la maggior parte degli afflitti tollerare appena i conforti de' congiunti, appena la luce, nè doversi perciò condannare di debolezza; ma aver esso cercato sollievo più forte tra gli amplessi della repubblica*. Ed avendo compianto l'età d'Augusta già decrepita, dei nipoti ancor tenera e sua ormai declinante, domandò che fossero introdotti i figliuoli di Germanico, soli sollievi delle presenti disgrazie. I consoli usciti confortarono i giovanetti, e presentaronli a Cesare. Egli presili per mano *io*, disse, *o padri coscritti, consegnai questi orfani al zio; e benchè avesse i suoi figli, lo pregai a carezzarli, e come suo sangue allevarli a suo vantaggio e de' posteri. Or lui rapito, a voi mi rivolgo, e alla presenza degli Dei e della patria vi scongiuro ad accogliere e reggere i pronipoti d' Augusto, nati di chiarissimo sangue: adempite il mio ed il vostro dovere.. Ecco, o Nerone, o Druso, i*

ro et Druse, parentum loco: ita nati estis, ut bona malaque vestra ad rempublicam pertineant.

IX. Magno ea fletu, et mox precationibus faustis audita; ac, si modum orationi posuisset, misericordia sui gloriaque animos audientium impleverat: ad vana et totiens inrisa revolutus, de reddenda republica: utque consules, seu quis alius, regimen susciperent, vero quoque et honesto fidem dempsit. Memoriæ Drusi eadem, quæ in Germanicum, decernuntur; plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio. Funus imaginum pompa maxime inlustre fuit, cum origo Juliæ gentis, Aeneas, omnesque Albanorum reges, et conditor Urbis Romulus, post Sabina nobilitas, Attus Clausus, ceteræque Claudiorum effigies, longo ordine spectarentur.

X. In tradenda morte Drusi, quæ plurimis maximeque fidis auctoribus memorata sunt, retuli: sed non omiserim eorumdem temporum rumorem, validum adeo, ut nondum exolescat. Corrupta ad scelus (a) Livia, Sejanum Lygdi quoque spadonis animum stupro vinxisse: quod is Lygdus ætate atque forma carus domino, interque primores ministros erat; deinde, inter

(a) *Corrupta ad scelus*. Ad necem mariti. Infra quod *is Lygdus*. Vocem *Lygdus* spuriam esse et a glossa ortam haud dubitat Ernestus.

vostri padri: la vostra nascita è tale, che il bene o il male vostro è inseparabile dalla repubblica.

IX. A questi detti prima gran pianto, poi preghiere di felicità: e se avesse quì terminato di ragionare, sarebber tutti rimasti pieni di compassione e stima per lui: ma tornando alle sue ciance tante volte derise, di lasciar il governo della repubblica ai consoli o a qualche altro, non gli diedero fede neppur nel vero e nell'onesto. Alla memoria di Druso si decretano gli stessi onori che a Germanico, aggiuntine molti altri, come è proprio d'adulazion ripetuta. Il funerale fu specialmente magnifico per la pompa delle immagini disposte in lunga ordinanza: vedevasi Enea autore dei Giulj, tutti i Re d'Alba, e Romolo fondator di Roma: seguiva la nobiltà Sabina, Atto Clauso, e gli altri Claudj.

X. Nel riferir la morte di Druso ho seguito l'autorità di molti e sommamente accreditati scrittori: ma non vo' già tacere la voce sparsa a quei tempi e tanto creduta, che non è ancora svanita. Corrotta Livia, si disse che Sejano con uno stupro si cattivasse ancor l'animo dell'eunuco Ligdo; il quale per età e per bellezza era caro al padrone, e tra suoi principali ministri:

conscios ubi locus veneficii tempusque composita sint, eo audaciæ provectum, ut verteret (a): et occulto indicio Drusum veneni in patrem arguens, moneret Tiberium, vitandam potionem, quæ prima ei, apud filium epulanti, offerretur. Ea fraude tum senem, postquam convivium inierat, exceptum poculum Druso tradidisse; atque illo ignaro, et juveniliter hauriente, auctam suspicionem, tamquam metu et pudore, sibimet inrogaret mortem, quam patri struxerat.

XI. *Hæc vulgo jactata, super id, quod nullo auctore certo firmantur, prompte refutaveris. Quis enim mediocri prudentia, nedum Tiberius, tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium offerret, idque sua manu, et nullo ad pœnitendum regressu? Quin potius ministrum veneni excruciaret, auctorem exquireret, insita denique, etiam in extraneos cunctatione et mora, adversum unicum et nullius ante flagitii compertum, uteretur. Sed quia Sejanus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia caritate in eum Cæsaris, et ceterorum in utrumque odio, quamvis fabulosa et immania credebantur: atrociore semper fama erga dominantium exitus. Ordo alioqui sceleris, per*

(a) *Verteret ec.* Sceleris sui crimen in alium transferret.

e che stabilito tra congiurati il luogo ed il tempo del tradimento, ardì costui di variarlo; ed avvertì occultamente Tiberio, che si guardasse dalla prima tazza, che a lui cenante col figlio verrebbe offerta, avendovi Druso preparato il veleno. Che il vecchio così ingannato prese postosi a mensa la tazza e porsela a Druso, il quale nulla sapendo, e tracannatala con giovanil brio accrebbe il sospetto, che per paura e vergogna si bevesse la morte preparata al padre.

XI. Ma questa voce del volgo oltrechè niun certo autor la conferma, facilmente si scorge falsa. Perocchè qual uomo mediocremente prudente, non che Tiberio di tanta esperienza, avrebbe porto al figlio pria d'ascoltarlo la morte, e di sua mano, e senza più potersen pentire? avrebbe messo alla tortura il coppiere, ricercato l'autor del veleno, e proceduto contro un figlio unico, nè mai trovato colpevole, con quella natural lentezza, che s' usa ancora contro gli estranei. Ma perchè Sejano si riputava autore di tutti i misfatti, e Cesare troppo l'amava, ed ambo erano odiati, e la morte dei Principi si descrive sempre più atroce, anche le favole più stravaganti trovavan fede. D' altra parte l'ordine della congiura, indica-

Apicatam Sejani proditus, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactus est: neque quisquam scriptor tam infensus exstitit, ut Tiberio objectaret, cum omnia alia conquirerent, intenderentque. Mihi tradendi arguendique rumoris causa fuit, ut, claro sub exemplo, falsas auditiones depellerem, peteremque ab iis, quorum in manus cura nostra venerit, ne divulgata atque incredibilia, avide accepta, veris, neque in miraculum corruptis, antehabeant.

Germanici filiis, matrique Agrippinæ perniciem molitur Sejanus, scelerum ferox.

XII. *Ceterum laudante filium pro rostris Tiberio, senatus populusque habitum ac voces dolentum, simulatione magis, quam libens induebat, domumque Germanici revirescere* (a) *occulti lætabantur. Quod principium favoris, et mater Agrippina, spem male tegens, perniciem adceleravere. Nam Sejanus, ubi videt mortem Drusi, inultam interfectoribus, sine mœrore publico esse, ferox scelerum, et quia prima provenerant, volutare secum, quonam modo Germanici liberos perverteret, quorum non dubia successio: neque spargi venenum in*

(a) *Domum Germanici revirescere*. Ita cum codice Flor. veteres editi; idque revocavit Jac. Gronovius pro vulgatorum *reviviscere*.

to da Apicata di Sejano, fu manifestato da Eudemo e da Ligdo messi alla tortura: nè vi fu alcuno scrittore sì nemico di Tiberio, che gli desse questa taccia, benchè cercasse ed esaggerasse tutte le altre. Io ho voluto riferire e confutar questa voce per rigettare con questo chiaro esempio le false novelle, e pregare i miei lettori a non anteporre alle cose vere, nè travisate da maraviglie, le incredibili avidamente accolte dal volgo.

Sejano infellonito macchina la ruina dei figli di Germanico, e della madre Agrippina.

XII. Mentre Tiberio lodava il figlio dai rostri, il senato ed il popolo più per finzione che di cuore usava abiti e voci di duolo, rallegrandosi occultamente che rinverdisse la casa di Germanico. Il qual principio di favore, e la speranza mal nascosta dalla madre Agrippina le accelerarono la ruina. Perocchè Sejano vedendo la morte di Druso nè punita nei suoi autori nè compianta dal pubblico, fatto feroce dal successo della prima scelleraggine pensava al modo di tor dal mondo i figliuoli di Germanico, eredi certi dell' impero: ma non era

tres poterat , egregia custodum fide , et pudicitia Agrippinæ impenetrabili . Igitur contumaciam ejus insectari , vetus Augustæ odium , recentem Liviæ conscientiam exagitare , ut superbam fecunditate (a) , subnixam popularibus studiis , inhiare dominationi , *apud Cæsarem arguerent . Atque hæc* (b) *callidis criminatoribus ; inter quos delegerat Julium Posthumum , per adulterium Mutiliæ Priscæ inter intimos aviæ , et consiliis suis peridoneum : quia Prisca , in animo Augustæ valida , anum , suapte natura potentiæ anxiam , insociabilem nurui efficiebat . Agrippinæ quoque proximi inliciebantur , pravis sermonibus tumidos spiritus perstimulare .*

Aliquot provinciarum legationes et accusationes. Histriones Italia pulsi .

XIII. *At Tiberius , nihil intermissa rerum cura , negotia pro solatiis accipiens , jus civium , preces sociorum tractabat . Factaque , auctore eo , senatusconsulta ,* ut civitati Cibyraticæ apud Asiam , Aegiensi apud Achajam , motu terræ labefactis , subveniretur remissione

(a) *Superbam fecunditatem ec.* Sic legendum cum Mureto ; cum alii non recte legant *superbiam , fecunditate subnixam ec.*

(b) *Atque hæc* , nempe Livia , quam modo appellavit . Sed quæ sequuntur Sejanum potius respiciunt quam Liviam . Ernestus cum Acidalio legit *Adque hæc* , i. e. et præterea , insuper .

possibile l'avvelenar tre: troppo fedeli erano i custodi, impenetrabile l'onestà d'Agrippina. Prende dunque di mira l'ostinazione di lei; ed irritando l'odio antico d'Augusta, e la recente complicità di Livia, le induce ad accusarla presso Cesare, come se superba per la sua fecondità, e fidata sul favor popolare aspirasse al dominio. Si servì ancora d'astuti calunniatori, massimamente di Giulio Postumo molto atto ai suoi disegni, perchè era divenuto familiare d'Augusta per opera di Mutilia Prisca sua druda; la quale molto potendo sull'animo di quella vecchia avida di comandare, l'avea resa irreconciliabile colla nuora. Indusse in fine i familiari d'Agrippina ad irritare il suo orgoglio con sediziosi parlari.

Ambascerie ed accuse d'alcune provincie. Istrioni cacciati d'Italia.

XIII. Ma Tiberio prendendo gli affari per sollievo non ne interrompeva la cura; e ponderava i dritti de' cittadini, le suppliche degli alleati. E per sua autorità fu decretato in senato, che Cibira in Asia, ed Egia in Acaja città rovinate dal tremuoto, fossero per tre anni sgrava-

tributi in triennium. *Et Vibius Serenus, proconsul ulterioris Hispaniæ, de vi publica damnatus, ob atrocitatem morum, in insulam Amorgum* (a) *deportatur. Carsidius Sacerdos, reus, tamquam frumento hostem Tacfarinatem juvisset, absolvitur; ejusdemque criminis C. Gracchus. Hunc comitem exsilii, admodum infantem, pater Sempronius in insulam Cercinam tulerat. Illic adultus inter extorres, et liberalium artium nescios, mox per Africam ac Siciliam mutando sordidas merces* (b) *sustentabatur: nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula. Ac ni Aelius Lamia, et L. Apronius, qui Africam obtinuerant, insontem protexissent, claritudine infausti generis, et paternis adversis foret abstractus.*

XIV. *Is quoque annus legationes Græcarum civitatum habuit, Samiis* Junonis, *Cois* Aesculapii delubro, vetustum asyli jus ut firmaretur, *petentibus. Samii decreto Amphictyonum nitebantur, quîs præcipuum fuit rerum omnium judicium, qua tempestate Græci, conditis per Asiam urbibus, ora maris potiebantur. Neque dispar apud Coos antiquitas; et accedebat meritum ex loco. Nam cives Romanos templo Aesculapii induxerant, cum, jussu regis Mi-*

(a) *In insulam Amorgum*. Quæ una e Cycladibus.

(b) *Sordidas merces*. Nam, ut ait Cicero de officiis I, 42. *Mercatura, si tenuis est, sordida putanda est*.

te dal tributo. Vibio Sereno proconsolo della Spagna ulteriore condannato di pubbliche violenze fu per gli atroci costumi confinato nell'isola d'Amorgo. Carsidio Sacerdote e C. Gracco, accusati d'aver somministrato grano al nemico Tacfarinate, furono assoluti. Gracco ancor bambino fu dal padre Sempronio (13) condotto nella isola Cercina compagno dell'esiglio; ove cresciuto tra gli esuli e gl'idioti andò poi per l'Africa e per la Sicilia, sostentando la vita colla permuta delle merci più vili: ma non potè sfuggire i rischi de' grandi; e se Elio Lama e L. Apronio, che governavano l'Africa, non proteggevano la sua innocenza, la chiarezza dello infausto sangue e le paterne sciagure l'avrebber tratto alla rovina.

XIV. Anche in quest'anno le Greche città spedirono ambascerie, per domandar la conferma degli antichi asili: quei di Samo del tempio di Giunone fondati sopra un decreto degli Anfizioni (14), i quali eran giudici supremi d'ogni cosa, quando i Greci per le città edificate nell'Asia possedevano quella marina: quei di Coo del tempio d'Esculapio, allegando una simile antichità, e inoltre il merito d'aver salvato in quel tempio i cittadini Romani, quando il Re Mitridate ordinò, che per tutte le

thridatis, apud cunctas Asiæ insulas et urbes trucidarentur. Variis dehinc et sæpius inritis prætorum questibus, postremo Cæsar de immodestia histrionum *retulit*: multa ab iis in publicum seditiose, fœda per domos tentari: Oscum quondam ludicrum, levissimæ apud vulgum oblectationis, eo flagitiorum et virium venisse, ut auctoritate patrum coercendum sit. *Pulsi tum histriones Italia.*

Templum ab Asiæ civitatibus Tiberio, Liviæ, et senatui decretum.

XV. *Idem annus alio quoque luctu Cæsarem adficit, alterum ex geminis Drusi liberis exstinguendo: neque minus morte amici. Is fuit Lucilius Longus, omnium illi tristium lætorumque socius, unusque e senatoribus Rhodii secessus comes. Ita, quamquam novo homini, censorium funus, effigiem apud forum Augusti, publica pecunia patres decrevere; apud quos etiam tum cuncta tractabantur, adeo ut procurator Asiæ, Lucilius Capito, accusante provincia, causam dixerit, magna cum adseveratione Principis*, non se jus, nisi in servitia et pecunias familiares, dedisse: quod si vim

isole e città dell' Asia fossero trucidati (15). Finalmente dopo le tante nè mai attese querele dei pretori sull' insolenza degl' istrioni, Cesare riferì: *tentar costoro di sollevare il pubblico, di contaminar le famiglie: lo spettacolo Osco* (16), *che con insulse buffonerie interteneva il volgo, esser trascorso a tanto scandalo ed ardire, che bisognava frenarlo coll' autorità del senato*. Furon tosto cacciati gl' istrioni d' Italia.

Tempio dedicato dalle città dell' Asia a Tiberio, a Livia, al senato.

XV. In quest' anno di nuovo Cesare s' afflisse per la morte d' uno dei gemelli di Druso. Non provò minor pena per la morte del suo amico Lucilio Longo, il qual solo fra' senatori accompagnandolo al ritiro di Rodi fu seco a parte di tutte le triste e liete vicende. Onde benchè fosse uomo nuovo, funerale censorio (17), e statua nel foro d'Augusto a spese pubbliche gli decretarono i padri; i quali tuttavia trattavan tutti gli affari, talchè Lucilio Capitone procuratore (18) dell' Asia innanzi a lor difendendosi dall' accuse della provincia, Cesare fermamente asserì: *non avergli data autorità che sugli schiavi e suoi privati denari: se trascen-*

prætoris usurpasset, manibusque militum usus foret, spreta in eo mandata sua: audirent socios. *Ita reus, cognito negotio, damnatur. Ob quam ultionem, et quia priori anno in C. Silanum vindicatum erat, decrevere Asiæ urbes* templum Tiberio matrique ejus, ac senatui. *Et permissum statuere: egitque Nero grates ea causa patribus atque avo, lætas inter audientium adfectiones, qui, recenti memoria Germanici, illum aspici, illum audiri rebantur: aderantque juveni modestia, ac forma, principe viro digna, notis in eum Sejani odiis, ob periculum gratiora.*

De flamine Diali nova lex.

XVI. *Sub id tempus* de flamine Diali, in locum Servii Maluginensis defuncti legendo, simul roganda nova lege, *disseruit Cæsar*. Nam patricios, confarreatis parentibus genitos, tres simul nominari, ex quîs unus legeretur, vetusto more; neque adesse, ut olim, eam copiam, omissa confarreandi adsuetudine, aut inter paucos retenta: pluresque ejus rei causas *adferebat*; potissimam, penes incuriam virorum feminarumque. Accedere ipsius cærimoniæ difficultates,

dendo gli ordini suoi avesse usurpato l' autorità del pretore, e fatto uso de' soldati, ascoltassesero pur gli alleati. Onde esaminata la causa fu condannato. Per questa condanna, e per l' altra con cui l' anno innanzi fu punito C. Silano, le città dell' Asia decretarono un tempio a Tiberio, alla sua madre e al senato. Fu permesso e fatto: e Nerone ne ringraziò i padri e l' avo (19) tra i lieti affetti degli ascoltanti, che per la fresca memoria di Germanico credevano di vedere e sentir lui: il pericolo, a cui l'esponeva il noto odio di Sejano, rendeva più grata la modestia del giovane e la bellezza degna di Principe.

Nuova legge intorno al Flamine Diale.

XVI. Verso questo tempo trattò Cesare di sostituire il Flamine Diale al morto Servio Maluginese, e di crear nuova legge, dicendo: *nominarsi per antico costume tre patrizj nati di genitori confarrati* (20), *e scersene uno: or non trovarsene più tanti come prima per l'uso della confarrazione dismesso o ritenuto da pochi: varie esserne le cagioni: principalmente perchè uomini e donne la trascuravano: inoltre perchè avea delle difficoltà che a bello studio*

quæ consulto vitarentur; et quando (a) exiret e jure patrio, qui id flaminium apisceretur, quæque in manum flaminis conveniret. Ita medendum senatus decreto, aut lege; sicut Augustus quædam, ex horrida illa antiquitate, ad præsentem usum flexisset. *Igitur tractatis religionibus*, *placitum*, instituto flaminum nihil demutari: *sed lata lex*, *qua* flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cetera promiscuo feminarum jure ageret. *Et filius Maluginensis patri suffectus. Utque glisceret dignatio sacerdotum, atque ipsis promptior animus foret ad capessendas cærimonias, decretum* Corneliæ virgini, *quæ in locum Scantiæ capiebatur*, sestertium vicies (a); et quotiens Augusta theatrum introisset, ut sedes inter Vestalium consideret.

An. U. C. DCCLXXVII. Aer. Chr. 24.

Neronem et Drusum, Germanici filios,
Diis commendatos a pontificibus
queritur Tiberius.

XVII. *Cornelio Cethego*, *Visellio Varrone consulibus*, *pontifices*, *eorumque exemplo ce-*

(a) *Et quando*. Et quoniam.
(b) *Sestertium vicies*. Lib. Tur. 25cooo.

scansavansi; ed usciva della patria potestà tanto colui che fatto era Flamine, quanto colei che diveniva sua moglie (21). *Dovercisi pertanto rimediare con decreto o con legge, come soleva Augusto accomodare all' uso moderno alcune cose della rozza antichità*. Onde esaminate le cerimonie fu risoluto di non mutar nulla dell' istituto dei Flamini: ma fu fatta legge che la Flaminessa Diale fosse sotto la potestà del marito nelle cerimonie spettanti al Flaminato; nel resto si riguardasse come le altre donne. E a Maluginese fu sostituito il figliuolo. E perchè s' accrescesse il decoro del sacerdozio, e i sacerdoti più volentieri ne esercitasser gli officj, fu decretato che si dessero alla vergine Cornelia sostituita a Scanzia due milioni di sesterzj, e che quando Augusta entrava in teatro sedesse tra le Vestali.

Anni di Roma DCCLXXVII. di Cristo 24.

Querele di Tiberio per avere i pontefici raccomandato agli Dei Nerone e Druso figliuoli di Germanico.

XVII. Nel consolato di Cornelio Cetego e Visellio Varrone i pontefici, e a loro esempio

teri sacerdotes , cum pro incolumitate Principis vota susciperent , Neronem quoque et Drusum iisdem Diis commendavere ; non tam caritate juvenum , quam adulatione : quæ moribus corruptis , perinde anceps , si nulla , et ubi nimia est . Nam Tiberius haud umquam domui Germanici mitis , tum vero æquari adolescentes senectæ suæ , *impatienter indoluit : accitosque pontifices percunctatus est* , num id precibus Agrippinæ , aut minis tribuissent. *Et illi quidem , quamquam abnuerent , modice perstricti (etenim pars magna e propinquis ipsius , aut primores civitatis erant) : ceterum in senatu oratione monuit in posterum* , ne quis mobiles adolescentium animos præmaturis honoribus ad superbiam extolleret. *Instabat quippe Sejanus , incusabatque* diductam civitatem, ut civili bello : esse, qui se partium Agrippinæ vocent : ac ni resistatur , fore plures : neque aliud gliscentis discordiæ remedium , quam si unus alterve maxime prompti subverterentur.

gli altri sacerdoti facendo voti per la salute del Principe raccomandarono ancora agli Dei Nerone e Druso: non tanto per amor di quei giovani quanto per adulazione, la quale nella corruttela de' costumi o manchi o abbondi è del pari pericolosa. Perocchè Tiberio sempre aspro colla casa di Germanico, più impazientemente che mai allora si dolse, che quei fanciulli s'uguagliassero a sè vecchio; e chiamati i pontefici gl'interrogò se avesser ciò fatto per preghiere o minacce d'Agrippina. Benchè negassero pur li riprese, ma leggiermente; essendo la maggior parte suoi congiunti o dei primi della città. Ma discorrendone in senato avvertì, che niuno in avvenire facesse con affrettati onori insuperbire i leggieri animi di quei giovanetti. Lo istigava Sejano dicendogli: *esser divisa la città come per guerra civile: alcuni già chiamarsi della fazion d' Agrippina: non frenati s'aumenterebbero: unico rimedio alla crescente discordia esser la ruina di uno o due de' più arditi.*

Qua causa promptissimos Germanici amicos subvertit Sejanus. Alii accusati ac damnati.

XVIII. *Qua causa C. Silium, et Titium Sabinum, adgreditur: amicitia Germanici perniciosa utrique; Silio et, quod ingentis exercitus septem per annos moderator, partisque apud Germaniam triumphalibus, Sacroviriani belli victor, quanto majore mole procideret, plus formidinis in alios dispergebatur. Credebant plerique auctam offensionem ipsius intemperantia, immodice jactantis*, suum militem in obsequio duravisse, cum alii ad seditiones prolaberentur: neque mansurum Tiberio imperium, si iis quoque legionibus cupido novandi fuisset. *Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse: ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.*

XIX. *Erat uxor Silio Sosia Galla, caritate Agrippinæ invisa Principi. Hos corripi, dilato ad tempus Sabino, placitum: immissusque Varro consul, qui* paternas inimicitias *obtendens, odiis Sejani per dedecus suum gratifica-*

I più animosi amici di Germanico perseguitati da Sejano. Altri accusati e condannati.

XVIII. Prese pertanto di mira C. Silio e Tazio Sabino, ai quali l'amicizia di Germanico fu di ruina. Silio inoltre avendo governato per sette anni un grande esercito, acquistato in Germania gli onori trionfali, e vinto in guerra Sacroviro, quanto più cadeva da alto, tanto più restavan gli altri atterriti. Gli accrebbe ancor l'odio, come opinarono molti, il soverchio vantarsi, che i suoi soldati nell'ammutinamento degli altri eran rimasti ubbidienti; e che Tiberio perduto avrebbe l'impero, se fosse alle sue legioni venuta voglia di novità, Pareva a Cesare che la sua fortuna non potendo contracambiar sì gran merito venisse meno; perocchè i beneficj piacciono finchè par che si possano ricompensare: quando eccedono questo segno, si rende male per bene.

XIX. Sosia Galla moglie di Silio era odiata dal Principe perchè amata da Agrippina. Fu risoluto di perseguitar questi due e lasciar per ora Sabino; nè Varrone consolo si vergognò di secondar gli odj di Sejano sotto il pretesto del-

batur. *Precante reo*, brevem moram, dum accusator consulatu abiret, *adversatus est Cæsar*: solitum quippe magistratibus, diem privatis dicere: nec infringendum consulis jus, cujus vigiliis niteretur, ne quod respublica detrimentum caperet. *Proprium id Tiberio fuit, scelera nuper reperta priscis verbis obtegere. Igitur multa adseveratione* (a), *quasi aut legibus cum Silio ageretur, aut Varro consul, aut illud respublica esset, coguntur patres; silente reo, vel, si defensionem cœptaret, non occultante, cujus ira premeretur*. Conscientia belli, Sacrovir diu dissimulatus, victoria per avaritiam fœdata, et uxor Sosia *arguebantur*: *nec dubie repetundarum criminibus hærebant*; *sed cuncta quæstione majestatis exercita*; *et Silius imminentem damnationem voluntario fine prævertit*.

XX. *Sævitum tamen in bona, non ut stipendiariis pecuniæ redderentur, quorum nemo repetebat: sed liberalitas Augusti avulsa, computatis singillatim, quæ fisco petebantur. Ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. Sosia in exsilium pellitur Asinii Gal-*

(a) *Multa adseveratione*. Magna severitatis et gravitatis simulatione. Sic Ann. 13, 18. Seneca et Currus dicuntur *gravitatem adseverantes*, i. e. vultu eam gestuque et sermone, aliaque specie præferentes.

le paterne inimicizie. Chiedendo il reo una breve dilazione, finchè l'accusatore uscisse di consolato, Cesare s'oppose dicendo: *solere i magistrati citare in giudizio i privati; nè doversi scemare i dritti del consolo, sulla cui vigilanza sperava la repubblica di non soffrir alcun danno*. Fu proprio di Tiberio sotto antichi vocaboli ricoprir nuove malvagità. Affettando adunque severità, come se con Silio si procedesse a tenor delle leggi, o Varron fosse consolo d'una vera repubblica (22), convocò il senato: il reo taceva, o se cominciava a difendersi non occultava l'odio di chi l'opprimeva. Gli si apponeva la fellonia di Sacroviro da lui saputa e lungo tempo dissimulata, la vittoria lordata coll'avarizia, e la moglie Sosia (23): gli accusatori insistevano su i delitti certi di concussione; ma trattandosi ogni cosa a modo di causa di maestà, Silio prevenne con volontaria morte l'imminente condanna.

XX. S'incrudelì nondimeno contra i suoi beni non per rendere i denari ai tributarj (24), de' quali niuno li ripeteva; ma per privarlo della liberalità d'Augusto (25), e pagar minutamente quanto il fisco chiedeva. Fu questa la prima volta che Tiberio adocchiò le altrui facoltà. Sosia fu esiliata per sentenza d'Asinio

li sententia, qui partem bonorum (a) publicandam, pars ut liberis relinqueretur, *censuerat. Contra M. Lepidus* quartam accusatoribus, secundum necessitudinem legis, cetera liberis *concessit. Hunc ego Lepidum, temporibus illis, gravem et sapientem virum fuisse comperio. Nam pleraque ab sævis adulationibus aliorum in melius flexit: neque tamen temperamenti egebat, cum æquabili auctoritate et gratia apud Tiberium viguerit. Unde dubitare cogor, fato et sorte nascendi, ut cetera, ita principum inclinatio in hos, offensio in illos: an sit aliquid in nostris consiliis, liceatque inter abruptam contumaciam, et deforme obsequium, pergere iter, ambitione ac periculis vacuum. Ac Messalinus Cotta, haud minus claris majoribus, sed animo diversus, censuit* cavendum senatusconsulto, ut quamquam insontes magistratus, et culpæ alienæ nescii, provincialibus uxorum criminibus, perinde quam suis, plecterentur.

XXI. *Actum dehinc de Calpurnio Pisone, nobili ac feroci viro. Is namque, ut retuli,* cessurum se Urbe ob factiones accusatorum, *in senatu clamitaverat: et spreta potentia Augustæ, trahere in jus Urgulaniam, domoque Prin-*

(a) *Partem bonorum*. Scilicet dimidiam: is enim sensus hujus vocis, quoties absolute sumitur.

Gallo, il quale fu ancor di parere che metà de' beni si confiscassero, metà si lasciasse ai figliuoli. M. Lepido all' incontro, che la quarta parte si desse agli accusatori (26) per forza della legge, ai figliuoli il resto. Io trovo, che questo Lepido fu autorevole e prudente uomo a quei tempi; perocchè moderò la crudeltà degli adulatori senza bisogno di riguardi, avendo sempre goduto e stima e favore presso Tiberio. Onde m' è forza dubitare se la grazia per alcuni, o la disgrazia per altri de' Principi dipenda come le altre cose dal fato e dalla sorte del nascere; o se possiamo con la nostra destrezza battere una strada lontana dai pericoli e dalle brighe, tra una sfacciata alterigia ed una vil compiacenza. Messalino Cotta non meno illustre per nascita, ma d'animo diverso (27) propose, doversi decretare, che i magistrati benchè innocenti e non consapevoli degli aggravj fatti dalle lor mogli alle provincie, ne fosser puniti, come se fosser proprj delitti.

XXI. Fu poi trattato di Calpurnio Pisone nobil uomo e feroce, il quale, come ho detto (28), minacciò in senato di partire da Roma per le fazioni degli accusatori; e a dispetto d' Augusta ardì trarre Urgulania di casa del Principe in

cipis excire ausus erat. Quæ in præsens Tiberius civiliter habuit: sed in animo revolvente iras, etiam si impetus offensionis languerat, memoria valebat. Pisonem Q. Granius secreti sermonis incusavit, adversum majestatem habiti: adjecitque in domo ejus venenum esse, eumque gladio accinctum introire curiam. *Quod, ut atrocius vero, tramissum: ceterorum, quæ multa cumulabantur, receptus est reus; neque peractus, ob mortem opportunam. Relatum et de Cassio Severo exsule, qui sordidæ originis, maleficæ vitæ, sed orandi validus, per immodicas inimicitias, ut judicio jurati senatus Cretam amoveretur, effecerat: atque illic eadem actitando, recentia veteraque odia advertit: bonisque exutus, interdicto igni atque aqua, saxo Seriphio consenuit.*

XXII. *Per idem tempus Plautius Silvanus, prætor, incertis causis, Aproniam conjugem in præceps jecit; tractusque ad Cæsarem ab L. Apronio socero, turbata mente respondit, tamquam* ipse somno gravis, atque eo ignarus, et uxor sponte mortem sumpsisset. *Non cunctanter Tiberius pergit in domum, visit cubiculum; in quo reluctantis et impulsæ vestigia cernebantur. Refert ad senatum, datisque judicibus, Urgulania, Silvani avia, pugionem*

giudizio. Soffrì allora Tiberio civilmente tai cose; ma in quell' animo ruminante gli sdegni, benchè raffreddato l'impeto, bolliva pur la memoria dell' offesa. Q. Granio lo accusò di discorso segretamente tenuto contro lo stato, e aggiunse che teneva veleno in casa, ed entrava nella curia coll' armi. Quest' accusa come atroce oltre il vero fu trascurata; le altre molte ammesse, ma non ispedite per morte sopragiuntagli a tempo. Si trattò ancora di Cassio Severo esule, il quale di vile origine, di vita malvagia, ma bravo oratore portò tant' oltre le inimicizie, che per giurato giudizio de' padri fu confinato in Creta (29): dove seguendo suo costume irritò vecchi e nuovi nemici, e privato de' beni, dell' acqua e del fuoco invecchiò nel Sasso di Serifo.

XXII. Verso questo tempo Plauzio Silvano pretore gittò dall'alto, nè si riseppe il perchè, la moglie Apronia; e tratto innanzi a Cesare dal suocero L. Apronio, confusamente rispose, essersi spontaneamente uccisa la moglie, mentre egli profondamente dormiva; e perciò ignorarne il motivo. Tosto Tiberio va in casa, visita la camera, e vi trova i segni del contrasto e della spinta. Lo riferisce in senato, ed assegnati i giudici, Urgulania avola di Silvano gli manda

nepoti misit. Quod perinde creditum, quasi Principis monitu, ob amicitiam Augustæ cum Urgulania. Reus, frustra tentato ferro, venas præbuit exsolvendas. Mox Numantina, prior uxor ejus, accusata injecisse carminibus et veneficiis vecordiam marito, *insons judicatur*.

In Africa bello finem imponit Dolabella, cæso Tacfarinate.

XXIII. *Is demum annus populum Romanum longo adversum Numidam Tacfarinatem bello absolvit. Nam priores duces, ubi impetrando triumphalium insigni sufficere res suas crediderant, hostem omittebant: jamque tres laureatæ in Urbe statuæ; et adhuc raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxiliis, qui, Ptolemæo, Jubæ filio, juventa incurioso, libertos regios et servilia imperia bello mutaverant. Erat illi prædarum receptor, ac socius populandi, rex Garamantum; non ut cum exercitu incederet, sed missis levibus copiis, quæ ex longinquo in majus audiebantur: ipsaque e provincia, ut quis fortunæ inops, moribus turbidus, promptius ruebant, quia Cæsar, post res a Blæso gestas, quasi nullis jam*

un pugnale; e fu creduto per consiglio del Principe, attesa l'amicizia d'Augusta con Urgulania. Il reo tentato indarno di trafiggersi si fece segar le vene. Indi Numantina sua prima moglie accusata d'averlo con incantesimi infatuato, fu giudicata innocente.

Dolabella, ucciso Tacfarinate, pon fine alla guerra dall'Africa.

XXIII. Quest'anno finalmente liberò i Romani dalla lunga guerra di Tacfarinate Numida. I comandanti passati, quando credevano essersi meritati gli onori trionfali, lasciavano il nemico: già v'erano in Roma tre statue laureate; e Tacfarinate devastava ancor l'Africa, fatto più forte dall'ajuto de' Mori, i quali anzi che esser soggetti al servile impero dei liberti del Re Tolomeo figliuol di Giuba, giovane trascurato, abbracciaron la guerra. Depositario e compagno delle sue prede era il Re de' Garamanti; nè marciava già con esercito, ma spediva poche truppe, che la lontananza facea creder molte. I più pronti a correr dalla provincia (30) a questa guerra erano i più bisognosi e sediziosi; perchè Cesare dopo le imprese di Bleso, quasi non vi fossero più nemici nell'Africa,

in Africa hostibus, reportari nonam legionem jusserat: nec proconsul ejus anni P. Dolabella retinere ausus erat, jussa Principis magis, quam incerta belli, metuens.

XXIV. *Igitur Tacfarinas, disperso rumore*, rem Romanam aliis quoque ab nationibus lacerari, eoque paullatim Africa decedere, ac posse reliquos circumveniri, si cuncti, quibus libertas servitio potior, incubuissent; *auget vires, positisque castris, Thubuscum oppidum circumsidet. At Dolabella, contracto quod erat militum, terrore nominis Romani, et quia Numidæ peditum aciem ferre nequeunt, primo suí incessu solvit obsidium, locorumque opportuna permunivit: simul principes Musulanorum, defectionem cœptantes, securi percutit. Dein, quia pluribus adversum Tacfarinatem expeditionibus cognitum, non gravi, nec uno incursu consectandum hostem vagum; excito cum popularibus rege Ptolemæo, quatuor agmina parat, quæ legatis aut tribunis* (a) *data: et prædatorias manus delecti Maurorum duxere: ipse consultor aderat omnibus.*

XXV. *Nec multo post adfertur*, Numidas apud castellum semirutum, ab ipsis quondam

(a) *Legatis aut tribunis*. Sic unicæ membranæ, melius quam editi *legatis ac tribunis*. Nam, ut observat Ernestus, non tot habebat legatos Dolabella, ut singulis agminibus legatum præponere posset: itaque partim legatis, partim tribunis dedit.

avea richiamata la nona legione; nè il proconsolo di quell' anno P. Dolabella ardì ritenerla, temendo più i comandi del Principe che l' incertezza della guerra.

XXIV. Tacfarinate adunque sparsa voce: *ritirarsi i Romani a poco a poco dall'Africa per le sconfitte ricevute dalle altre nazioni; e potersi i loro avanzi disfare, se quei che preferivano la libertà alla servitù gli assalissero*: accresce le forze, e piantati i quartieri assedia il castel di Tubusco. Ma Dolabella raccolti quanti v'erano soldati, col terror del nome Romano, e perchè i Numidi non san resistere alla fanteria, sciolse alla prima mossa l' assedio, e fortificò i luoghi opportuni; fece ancor decollare i capi de' Musulani che incominciavano a sollevarsi. Perchè poi nelle molte guerre con Tacfarinate s'era conosciuto inutile l' affrontar con un solo e grave scontro questo vagabondo nemico, chiamato il Re Tolomeo co'suoi paesani formò quattro squadroni, e ne diede il comando ai legati o tribuni: scelti Mori guidarono le truppe da scorrerie: ei col consiglio era a tutti presente.

XXV. Non molto dopo si riseppe, che i Numidi avean poste le lor capanne presso le rui-

incensum, cui nomen Auzea, positis mapalibus (a) consedisse; fisos loco, quia vastis circum saltibus claudebatur. *Tum expeditæ cohortes alæque, quam in partem ducerentur ignaræ, cito agmine rapiuntur. Simulque cæptus dies, et concentu tubarum, ac truci clamore aderant semisomnos in barbaros: præpeditis Numidarum equis* (b), *aut diversos pastus pererrantibus. Ab Romanis confertus pedes, dispositæ turmæ, cuncta prælio provisa: hostibus contra omnium nesciis, non arma, non ordo, non consilium: sed pecorum modo, trahi, occidi, capi. Infensus miles memoria laborum, et adversum eludentes optatæ totiens pugnæ, se quisque ultione et sanguine explebant. Differtur per manipulos*, Tacfarinatem omnes, notum tot prœliis, consectentur: non, nisi duce interfecto, requiem belli fore. *At ille, dejectis circum stipatoribus* (c), *vinctoque jam filio, et effusis undique Romanis ruendo in tela, captivitatem haud inulta morte effugit. Isque finis armis impositus.*

XXVI. *Dolabellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius, Sejano tribuens, ne Blæsi, avuncu-*

(a) *Positis mapalibus.* Quod signum erat moræ longioris, quam ibi trahere constituissent. *Mapalia* dicuntur *ædificia Numidarum agrestium, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ.* Sall. Jug. 18.

(b) *Præpeditis . . . equis.* Pedica retentis.

(c) *Dejectis . . . stipatoribus*, i. e. prostratis: quemadmo-

ne d'un castello chiamato Auzea, già arso da loro, fidati nel sito all'intorno chiuso da vaste selve. Allor cavalli e fanti leggieri spediti a marcia forzata senza saper dove, tostochè fu giorno col suon delle trombe e con orribili grida sorprendono i barbari, che lasciati i lor cavalli impastojati, o a pascer quà e là, dormicchiavano ancora. La fanteria de' Romani stretta, la cavalleria ben ordinata, tutto era disposto per la battaglia: dove i nemici colti all' improvviso, senz' armi, senz' ordine, senza consiglio si lasciavan prendere, strascinare, uccidere a guisa di pecore. Un nemico che avea tante volte deluso gli sforzi e i desiderj d'una decisiva battaglia, istigava i nostri a saziarsi di vendetta e di sangue. Fu inteso gridar fra le schiere: *tutti addosso a Tacfarinate: v' è pur noto per tante battaglie: non si darà fine alla guerra se non colla morte del capo*. Ma egli, atterrategli intorno le guardie, fatto prigioniero il figlio, e circondato per tutto dai Romani si scagliò in mezzo alle armi, e sfuggì la prigionìa, vendendo cara la vita. Così finì questa guerra.

XXVI. Domandò Dolabella le insegne trionfali; Tiberio gliele negò, perchè non s'oscu-

dum Phædrus, *super juvencum stabat dejectum leo*. Codex unicus habet *delectis* nullo sensu: emendavit Gronovius. Pichena legebat *deletis*.

li ejus , laus obsolesceret . Sed neque Blæsus ideo inlustrior, et huic negatus honor gloriam intendit . Quippe minore exercitu, insignes captivos , cædem ducis , bellique confecti famam deportarat . Sequebantur et Garamantum legati , raro in Urbe visi , quos , Tacfarinate cæso, perculsa gens , nec culpæ nescia (a) , *ad satisfaciendum populo Romano miserat . Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum studiis , repetitus ex vetusto mos , missusque e senatoribus , qui scipionem eburnum , togam pictam , antiqua patrum munera , daret ,* regemque et socium atque amicum *appellaret .*

Mota per Italiam servilis belli semina statim oppressa .

XXVII. *Eadem æstate , mota per Italiam servilis belli semina fors oppressit . Auctor tumultus T. Curtisius , quondam prætoriæ cohortis miles , primo cœtibus clandestinis , apud Brundisium et circumjecta oppida ; mox positis propalam libellis , ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus et ferocia servitia : cum , velut munere deúm , tres biremes*

(a) *Nec culpæ nescia .* Alii legunt *Et culpæ nescia* ; quæ lectio stare non potest ; nam supra 23. dixit *prædarum receptorem et socium populandi fuisse regem Garamantum , missis levibus copiis .* Reponit Jac. Gronovius *et culpæ non nescia ;* quæ nega-

rasse la gloria di Bleso zio di Sejano. Ma l'onor negato senza far più illustre Bleso accrebbe la gloria dell' altro, che con esercito minore fece insigni prigioni, uccise il capitano, finì la guerra. Di più seguironlo gli ambasciadori de' Garamanti di rado veduti in Roma, che ucciso Tacfarinate la nazione sbigottita e memore del suo fallo, avea mandati per iscolparsi col popolo Romano. Riconosciuti poi i meriti di Tolomeo in questa guerra, gli fu mandato un senatore per offrigli il bastone d'avorio, la toga dipinta, e i nomi di Re, di alleato e d'amico; doni usati dagli antichi padri ed allor rinnovati.

Guerra servile appena mossa in Italia è repressa.

XXVII. Nella medesima estate la sorte soppresse i semi d'una guerra servile sparsi per l'Italia. Suscitò il tumulto T. Curtisio già soldato pretoriano, prima nelle segrete adunanze presso Brindisi e per le terre all' intorno; poi chiamando con pubblici cartelli a libertà gli schiavi rustici e feroci dalle lontane foreste: quando quasi per favor degli Dei approdarono

tio scripta per unam literam cum lineola superinducta librarium frustrata sit.

adpulere ad usus commeantium illo mari. Et erat iisdem regionibus Curtius Lupus, quæstor, cui provincia vetere ex more Calles evenerat. Is, disposita Classiariorum copia, cœptantem cum maxime conjurationem disjecit. Missusque a Cæsare propere Stajus, tribunus, cum valida manu, ducem ipsum, et proximos audaciæ in Urbem traxit, jam trepidam, ob multitudinem familiarum, quæ gliscebat immensum, minore in dies plebe ingenua.

Vibius Serenus a filio accusatus. P. Suilius, Cremutius Cordus, aliique damnati.

XXVIII. *Iisdem consulibus, miseriarum ac sævitiæ exemplum atrox, reus pater, accusator filius, (nomen utrique Vibius Serenus) in senatum inducti sunt. Ab exsilio retractus, inluvieque ac squalore obsitus, et tum catena vinctus, perorante filio, pater. Paratus* (a) *adolescens multis munditiis, alacri vultu,* structas Principi insidias, missos in Galliam concitores belli, *index idem et testis dicebat; adnectebatque*, Cæcilium Cornutum, prætorium,

(a) *Catena vinctus, perorante filio, pater. Paratus.* Alii legunt *Catena vinctus perorante filio. Præparatur.* Hunc locum alii aliter emendant: omnium felicissime Jac. Gronovius: *catena vinctus pater, orante filio. Præparatus adolescens ec.* Sed et supra pro *inducti sunt: ab exilio ec.* mallet Ernestus *inducti, stabant, ab exilio ec.*

tre galèe ad uso de' passaggieri in quel mare. V' era in quei luoghi Curzio Lupo questore, a cui secondo l'antico uso (31) tocca era in sorte la provincia di Cale; egli ordinati i soldati di quelle galèe estinse in sul primo nascere la congiura. Vi fu anche tosto mandato da Cesare Stajo Tribuno con forte truppa, che trasse il capo e gli altri più arditi in Roma, dove già si tremava, perchè gli schiavi immensamente crescevano, e la plebe libera giornalmente scemava.

Vibio Sereno accusato dal figlio. Condanna di P. Suilio, di Cremuzio Cordo e d'altri.

XXVIII. Sotto i medesimi consoli un padre reo, un figlio accusatore (Vibio Sereno si chiamava l'uno e l'altro), esempio atroce di miseria e di crudeltà, sono introdotti in senato. Il padre tratto dall' esilio, sucido, squallido e in catena innanzi al figlio: il giovanetto elegantemente vestito, con volto audace, accusatore e testimonio ad un tempo, gli apponeva insidie tramate al Principe, sollevatori di guerra mandati nella Gallia, e denaro somministratogli da Cecilio Cornuto già pretore, il quale stan-

ministravisse pecuniam: *qui tædio curarum*, *et quia periculum pro exitio habebatur*, *mortem in se festinavit*. *At contra reus*, *nihil infracto animo*, *obversus in filium*, *quatere vincula*, vocare ultores deos, ut sibi quidem redderent exsilium, ubi procul tali more ageret; filium autem quandoque supplicia sequerentur. *Adseverabatque* innocentem Cornutum, et falsa exterritum (a): idque facile intellectu, si proderentur alii: non enim se cædem Principis, et res novas, uno socio cogitasse.

XXIX. *Tum accusator* Cn. Lentulum, et Sejum Tuberonem, *nominat*: *magno pudore Cæsaris*, *cum primores civitatis*, *intimi ipsius amici*, *Lentulus senectutis extremæ*, *Tubero*, *defecto corpore*, *tumultus hostilis et turbandæ reipublicæ arcesserentur*. *Sed hi quidem statim exempti*. *In patrem ex servis quæsitum*: *et quæstio adversa accusatori fuit*: *qui scelere vecors*, *simul vulgi rumore territus*, robur et saxum, aut parricidarum pœnas *minitantium*, *cessit Urbe*: *ac retractus Ravenna*, *exsequi accusationem adigitur*: *non occultante Tiberio vetus odium adversus exsulem Serenum*. *Nam post damnatum Libonem*, *missis ad Cæsarem literis*, *exprobraverat*, suum tantum studium

(a) *Falsa exterritum*. Græca locutio Latinis illius ævi scriptoribus frequens.

co dei travagli, e perchè allora pericolo e ruina eran lo stesso, s'era affrettata la morte. Il reo all'incontro niente sbigottito, rivolto al figlio scuoteva le catene, pregava gli Dei che prendesser vendetta di lui, e sè restituissero al suo esilio lungi da simil mostro. Affermava ancora: *esser Cornuto innocente, e da vano spavento sorpreso: ciò facilmente col produrre altri si chiarirebbe; non potendo egli con un sol compagno tentar la morte del Principe, e la mutazion dello stato*.

XXIX. Allora l'accusatore nominò Gn. Lentulo e Sejo Tuberone, quello vecchio decrepito, questo mal sano, ambedue dei primi della città, ed intimi amici di Cesare, il qual perciò vergognossi non poco che fosser citati per tumulti ostili e per isconvolgimento di stato. Ma furon tosto esentati; e i servi esaminati contro il padre deposero contro il figlio: il quale sbalordito dal delitto, e atterrito dal volgo che gridando gli minacciava la rovere e il sasso, o la pena de' parricidi (32), partì da Roma: ma richiamato da Ravenna fu costretto a proseguire l'accusa. Tiberio odiava scopertamente l'esule Sereno, perchè questi dopo la condanna di Libone (33) gli scrisse rimproverandogli, ch'esso

sine fructu fuisse: *addideratque quædam contumacius, quam tutum apud aures superbas et offensioni proniores. Ea Cæsar octo post annos retulit, medium tempus varie arguens; etiam si tormenta, pervicacia servorum, contra evenissent.*

XXX. *Dictis dein sententiis*, ut Serenus more majorum puniretur, *quo molliret invidiam, intercessit. Gallus Asinius* (a), Gyaro aut Donusa claudendum *censeret*: *id quoque aspernatus est*, egenam aquæ utramque insulam *referens*, dandosque vitæ usus, cui vita concederetur. *Ita Serenus Amorgum reportatur. Et quia Cornutus sua manu ceciderat, actum* de præmiis accusatorum abolendis, si quis majestatis postulatus ante perfectum judicium se ipse vita privavisset: *ibaturque in eam sententiam, ni durius contraque morem suum palam pro accusatoribus Cæsar*, inritas leges, rempublicam in præcipiti, *conquestus esset*: subverterent potius jura, quam custodes eorum amoverent. *Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, et pœnis quidem numquam satis coercitum, per præmia eliciebantur.*

XXXI. *His tam adsiduis, tamque mœstis, modica lætitia interjicitur, quod C. Cominium,*

(*a*) *Gallus Asinius*. Lege cum Mureto *cum Gallus Asinius* vel cum Ernesto pro *censeret* repone *censuerat*.

solo lo avea servito senza frutto: ed altre cose aggiungeva con certo tuon d'alterigia, con cui mal si parla ad orecchie superbe e pronte allo sdegno. Cesare otto anni dopo le produsse, avendo prima prodotte altre accuse inutilmente, perchè i servi ressero costantemente alla tortura.

XXX. Essendosi poi sentenziato che Sereno fosse punito all'uso antico, per iscemarsi l'odio si oppose. Al parere di Asinio Gallo, che il confinava in Giaro o Donusa, si oppose ancora, dicendo: *povere esser d'acqua quell'isole, e doversi dar modo di vivere a chi si dona la vita*. Così Sereno fu ricondotto in Amorgo (34). E perchè Cornuto s'era ucciso di sua mano, fu proposto, che quando il reo di maestà si togliesse la vita prima del giudizio, gli accusatori non riportassero premio: e già si approvava questo parere, se Cesare ostinatamente e contra il suo costume non avesse alla scoperta sostenuto gli accusatori, dolendosi *così rendersi vane le leggi, mettersi a rischio la repubblica: togliesser anzi la giustizia che i custodi di essa*. Così le spie, razza d'uomini trovata a ruina di tutti, nè mai frenata abbastanza con pene, erano ancora invitate con premj.

XXXI. Un esempio alquanto lieto interruppe gli altri molti tanto lugubri; e fu che C. Comi-

equitem Romanum, probrosi in se carminis convictum, Cæsar precibus fratris, qui senator erat, concessit. Quo magis mirum habebatur, gnarum meliorum, et quæ fama clementiam sequeretur, tristiora malle. Neque enim socordia peccabat; nec occultum est, quando ex veritate, quando adumbrata lætitia, facta imperatorum celebrentur: quin ipse compositus alias, et velut eluctantium verborum (a), *solutius promptiusque eloquebatur, quotiens subveniret. At Suilium, quæstorem quondam Germanici, cum Italia arceretur, convictus, pecuniam ob rem judicandam* (b) *cepisse*, amovendum in insulam *censuit*; *tanta contentione animi, ut et jurando obstringeret*, e republica id esse. *Quod aspere acceptum ad præsens, mox in laudem vertit, regresso Suilio: quem vidit sequens ætas præpotentem, venalem, et Claudii Principis amicitia diu prospere, numquam bene usum. Eadem pœna in Catum Firmium senatorem statuitur, tamquam falsis majestatis criminibus sororem petivisset. Catus, ut retuli, Libonem inlexerat insidiis, deinde indicio perculerat: ejus operæ memor Tiberius, sed alia prætendens, exsilium deprecatus est; quominus senatu pelleretur, non obstitit.*

(a) *Et velut eluctantium verborum*. Et in sermone tardus, et seipsum præpediens.

(b) *Ob rem judicandam*. Lectionem codicis, quam servant

nio cavaliere Romano, convinto d'aver infamato Cesare con versi, ottenne da lui a' prieghi del fratel senatore perdono. Tanto più era sorprendente che conoscendo il meglio, e qual fama si acquisti con la clemenza, scegliesse il peggio. Nè già peccava di stupidezza; ed è facile il distinguere quando i fatti de' regnanti si esaltan con vera, quando con finta allegrezza: che anzi parlando altre volte misuratamente e quasi a stento, quando giovava altrui parlava più sciolto e spedito. Ma trattandosi di cacciar d'Italia Suilio già questor di Germanico, per aver venduto una sua sentenza, propose che fosse confinato in un'isola, con tanta energia, che giurò esser ciò espediente alla repubblica. Ciò che allora parve crudezza, fu lodato nell'età seguente, ritornato Suilio, il qual prepotente e venale godè gran tempo felicemente la grazia di Claudio, nè mai ne fece buon uso. Cato Firmio senatore per aver falsamente accusato di maestà la sorella ebbe la stessa pena; ma ricordandosi Tiberio che aveva, come ho detto, frodolentemente adescato e poi accusato Libone (35), pregò sotto altri pretesti, che non fosse esiliato: permise che fosse raso dal senato.

Beroaldus et Aldus, male mutarunt recentiores in *judicatam*.

XXXII. *Pleraque eorum, quæ retuli, quæque referam, parva forsitan, et levia memoratu videri, non nescius sum: sed nemo Annales nostros cum scriptura eorum contenderit, qui veteres populi Romani res composuere* (a). *Ingentia illi bella, expugnationes urbium, fusos captosque reges; aut, si quando ad interna præverterent, discordias consulum adversum tribunos, agrarias frumentariasque leges, plebis et optimatium certamina, libero egressu* (b) *memorabant. Nobis in arcto, et inglorius labor. Immota quippe, aut modice lacessita pax, mœstæ Urbis res, et Princeps proferendi imperii incuriosus erat. Non tamen sine usu fuerit, introspicere illa, primo aspectu levia, ex quis magnarum sæpe rerum motus oriuntur.*

XXXIII. *Nam cunctas nationes et urbes populus, aut primores, aut singuli regunt: delecta ex his et consociata reipublicæ forma* (c), *laudari facilius, quam evenire; vel, si evenit, haud diuturna esse potest. Igitur ut olim, plebe valida, vel cum patres pollerent, noscenda vulgi natura, et quibus modis temperanter haberetur; senatusque et optimatium ingenia,*

(a) *Qui veteres populi Romani res composuere*. Ita in Vulgatis minus recte. Freinshemius ex Ann. 1, 2. legit *qui veteris ec:*

(b) *Libero egressu*. Quum in tanta rerum varietate liberi egressus ab una re in aliam darentur.

(c) *Delecta ex his et consociata reip. forma*. Ita dedit Ernestus e vestigiis codicis Flor. in quo scribitur *consciata*: unde

XXXII. Io so che le più delle cose che ho dette e dirò, piccole forse sembreranno e leggiere a raccontare: ma niuno paragoni i nostri annali colle storie di quei che scrissero i fatti antichi di Roma. Questi raccontavano guerre grandi, città espugnate, Re sconfitti e presi; o con libera digressione rivolgendosi ai fatti interni, discordie tra consoli e tribuni, leggi agrarie e frumentarie, gare tra nobili e plebei. La nostra materia è più ristretta, ed ha manco di gloria: pace stabile o poco irritata, Roma afflitta, Principe non voglioso di dilatare l'impero. Ma non sarà senza frutto l'internarsi in quelle cose, che a prima vista leggiere producono spesso grandi movimenti.

XXXIII. Perocchè tutte le nazioni e città son governate dal popolo, o dai grandi, o da un solo: forma di governo scelta e composta di queste può più facilmente lodarsi che trovarsi, o se si trova non dura. Come adunque una volta prevalendo la plebe er' uopo conoscere il genio del volgo e l'arte di maneggiarlo; o prevalendo il senato avean nome di

Beroaldus fecit *constituta*: Jac. Gronovius *concinnata*. Laudanda maxime respublica, quæ fit e trium formarum bonis delectis et in unum consociatis et conjunctis.

qui maxime perdidicerant, callidi temporum et sapientes credebantur: sic converso statu, neque alia re Romana, quam si (a) *unus imperitet, hæc conquiri tradique in rem fuerit: quia pauci prudentia, honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis discernunt; plures aliorum eventis docentur. Ceterum ut profutura, ita minimum oblectationis adferunt. Nam situs gentium, varietates prœliorum, clari ducum exitus, retinent ac redintegrant legentium animum: nos sæva jussa, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem innocentium, et easdem exitu* (b) *causas conjungimus; obvia rerum similitudine, et satietate. Tum quod antiquis scriptoribus rarus obtrectator; neque refert cujusquam, Punicas Romanasve acies lætius extuleris: at multorum, qui Tiberio regente, pœnam vel infamiam subiere, posteri manent: utque familiæ ipsæ jam exstinctæ sint; reperies, qui ob similitudinem morum, aliena malefacta sibi objectari putent. Etiam gloria ac virtus infensos habet, ut nimis ex propinquo diversa arguens. Sed ad incœpta redeo.*

(a) *Neque alia re Romana, quam si ec.* Forma nempe Reipublicæ, quæ nunc est, nihil differt a regno, nisi nomine. Alii legunt *neque alia rerum ec.*

(b) *Easdem exitu.* Quæ eumdem exitum habeant.

saggi e scaltri coloro, che conoscevano le inclinazioni de' padri e de' grandi; così cangiato governo, e ridotto lo stato Romano sotto il comando d'un solo, sarà bene l'indagare e riferir queste cose: perocchè pochi colla prudenza distinguono le cose oneste ed utili dalle vituperose e dannose; i più son quelli che le imparano dagli altrui successi. Ma queste cose quanto più giovano, tanto meno dilettano. La descrizion dei paesi, la varietà delle battaglie, le illustri morti de' capitani trattengono e ricreano l'animo dei lettori: dove compilando noi crudeli comandi, accuse continue, false amicizie, ruine d' innocenti, cause aventi un medesimo fine, colla somiglianza, che tosto si scorge, rechiamo noja. Inoltre pochi censurano le storie degli antichi; non importando ad alcuno, se tu più esalti le armi Cartaginesi o le Romane: ma di molti che regnando Tiberio furon puniti o infamati, rimangono i posteri; e se non vi rimangono, troverai chi per la conformità dei costumi crede a sè rinfacciati gli altrui misfatti. Hanno i suoi nemici la gloria ancora e la virtù, quasi troppo da vicino riprendano i loro opposti (36). Ma torno al mio proposito.

An. U. C. DCCLXXVIII. Aer. Chr. 25.

XXXIV. *Cornelio Cosso, Asinio Agrippa Consulibus, Cremutius Cordus postulatur, novo ac tunc primum audito crimine, quod, editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Cassium* Romanorum ultimum *dixisset. Accusabant Satrius Secundus et Pinarius Natta, Sejani clientes: id perniciabile reo, et Cæsar truci vultu defensionem accipiens: quam Cremutius, relinquendæ vitæ certus, in hunc modum exorsus est*: Verba mea, patres conscripti, arguuntur: adeo factorum innocens sum. Sed neque hæc in Principem, aut Principis parentem, quos lex majestatis amplectitur. Brutum et Cassium laudavisse dicor; quorum res gestas cum plurimi composuerint, nemo sine honore memoravit. Titus Livius, eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit, ut *Pompejanum* eum Augustus appellaret: neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam *latrones et parricidas*, quæ nunc vocabula imponuntur, sæpe ut insignes viros nominat. Asinii Pollionis scripta egregiam eorumdem memoriam tradunt. Messala Corvi-

Anno di Roma DCCLXXVIII. di Cristo 25.

XXXIV. Nel consolato di Cornelio Cosso e Asinio Agrippa, Cremuzio Cordo fu accusato d'un nuovo e sino allora inaudito delitto; di aver ne'suoi annali, dopo le lodi date a Bruto, chiamato C. Cassio *ultimo de' Romani*. Erano accusatori Satrio Secondo e Pinario Natta: l'aderenza di costoro con Sejano, e'l viso arcigno con cui Cesare ascoltava la difesa, presagivano al reo la ruina: onde Cremuzio certo di morire prese così a parlare. *Io sono accusato di parole, o padri Coscritti; tanto i miei fatti sono innocenti. Ma nulla ho detto contro il Principe o la sua madre compresi nella legge di maestà. Ho lodato Bruto e Cassio, le cui imprese moltissimi han rammentate, nè alcuno senza onore. Tito Livio scrittore il più eloquente e fedele lodò tanto Gn. Pompeo, che Augusto lo chiamò* Pompejano; *nè cessò per questo d'essergli amico. Chiama spesso insigni personaggi Scipione, Afranio, questo stesso Cassio, questo Bruto, nè mai ladroni e parricidi, nomi che si danno loro al presente. Gli scritti di Asinio Pollione fan de' medesimi onorata memoria: Messala Corvino chia-*

nus *imperatorem suum* Cassium prædicabat: et uterque opibusque atque honoribus perviguere. Marci Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud dictator Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud judices, respondit? Antonii epistolæ, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent: carmina Bibaculi et Catulli, referta contumeliis Cæsarum, leguntur. Sed ipse divus Julius, ipse divus Augustus, et tulere ista, et reliquere; haud facile dixerim, moderatione magis, an sapientia: namque spreta exolescunt: si irascare, adgnita videntur.

XXXV. Non attingo Græcos, quorum non modo libertas, etiam libido impunita: aut si quis advertit, dictis dicta ultus est. Sed maxime solutum, et sine obtrectatore fuit, prodere de iis, quos mors odio aut gratiæ exemisset. Num cum armatis Cassio et Bruto, ac Philippenses campos obtinentibus, belli civilis causa, populum per conciones incendo? An illi quidem, sexagesimum ante annum (a) perempti, quo modo imaginibus suis noscuntur, quas ne victor quidem abolevit, sic partem memoriæ apud scriptores retinent? Suum cuique decus posteritas rependit: nec deerunt, si damnatio in-

(a) *Sexagesimum ante annum*. Ante annos dumtaxat 66. sed numerum mavult rotundum. Alii legunt *septuagesimum* ec.

mava Cassio suo Imperadore ; *e si mantennero amendue onorati e potenti . Al libro , in cui Cicerone inalza al Cielo Catone , che altro oppose il Dittator Cesare fuorchè una contraria scrittura , come se fosse innanzi ai giudici ? le epistole di Antonio , le aringhe di Bruto contengono ingiurie false sì , ma acerbe contro di Augusto : i versi di Bibaculo e di Catullo infamano i Cesari , e pur si leggono . Ma il divo Giulio e il divo Augusto e soffrirono e lasciaron correr tai cose , non so se più per moderazione o per prudenza: poichè se le disprezzi svaniscono; se te ne adiri , sembra che le confessi .*

XXXV. *Non parlo de' Greci , la cui libertà non solo , ma sfrenatezza andò impunita ; o se risentissene alcuno , vendicò detti con detti . Ma di quei , cui la morte sottrasse all'altrui odio o favore , s' è scritto sempre con tutta libertà e senza biasimo . Forse io con Cassio e Bruto armati ne' campi di Filippi accendo aringando il popolo alla guerra civile ? o essi da sessanta anni già morti , come nelle loro statue non distrutte neppure dal vincitore si fan conoscere , così forse non conservano presso gli scrittori una parte di lor memoria? La posterità fa giustizia al merito d'ognuno ; nè se mi sovrasta condanna , vi man-*

gruit, qui non modo Cassii et Bruti, sed etiam mei meminerint. *Egressus dein senatu, vitam abstinentia finivit. Libros per ædiles cremandos censuere patres, sed manserunt occultati, et editi. Quo magis socordiam eorum inridere libet, qui præsenti potentia credunt exstingui posse etiam sequentis ævi memoriam. Nam contra, punitis ingeniis, gliscit auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperere.*

Cyzicenis libertas adempta.

XXXVI. *Ceterum postulandis reis tam continuus annus fuit, ut feriarum Latinarum diebus, præfectum Urbis, Drusum, auspicandi gratia tribunal ingressum, adierit Calpurnius Salvianus in Sex. Marium: quod a Cæsare palam increpitum, causa exsilii Salviano fuit. Objecta publice Cyzicenis* incuria cærimoniarum divi Augusti, *additis* violentiæ criminibus adversum cives Romanos: *et amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circumsessi, nec minus sua constantia, quam præsidio Luculli, pulso rege. At Fontejus Capito, qui proconsul Asiam curaverat, absolvitur, com-*

cherà chi rammenti non sol Cassio e Bruto, ma ancor me. Uscito di senato finì col digiuno la vita. Proposero i padri che gli edili bruciassero i suoi libri; ma furon nascosti e poi pubblicati (37). Tanto è ridicola la balordaggine di chi crede che la potenza presente estinguer possa la memoria dell' età futura! Anzi quando gl' ingegni son puniti cresce il lor credito; nè altro fecero i Re stranieri, o altri egualmente crudeli, che procacciare a sè disonore, onore a quelli.

Libertà tolta ai Ciziceni.

XXXVI. Continuarono tanto in quest'anno le accuse, che a Druso salito sul tribunale per dar principio alla prefettura di Roma ne' giorni delle ferie latine (38), si fece innanzi Calpurnio Salviano per accusar Sesto Mario: ma il rimprovero pubblico, che n'ebbe da Cesare, gli fu cagion dell' esilio. I Ciziceni accusati pubblicamente d' aver trascurato il culto del divo Augusto, e fatto inoltre violenze ai cittadini Romani, perderono la libertà, che s' erano meritata in sostener l' assedio di Mitridate, rispinto non meno dalla lor costanza che dall' ajuto di Lucullo. Ma Fontejo Capitone già proconsolo dell' Asia

perto ficta in eum crimina per Vibium Serenum: neque tamen id Sereno noxæ fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat: nam ut quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat: leves, ignobiles, pœnis adficiebantur.

Tiberius spernit templi honorem ab Hispanis oblatum.

XXXVII. *Per idem tempus Hispania ulterior, missis ad senatum legatis, oravit,* ut exemplo Asiæ delubrum Tiberio matrique ejus exstrueret: *qua occasione Cæsar, validus alioqui spernendis honoribus, et respondendum ratus iis, quorum rumore arguebatur* in ambitionem flexisse, *hujuscemodi orationem cœpit.* Scio, patres conscripti, constantiam meam a plerisque desideratam, quod Asiæ civitatibus, nuper idem istud petentibus, non sim adversatus: ergo et prioris silentii defensionem, et quid in futurum statuerim, simul aperiam. Cum divus Augustus, sibi atque urbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset; qui omnia facta dictaque ejus vice legis observem, placitum jam exemplum promptius secutus sum, quia cultui meo veneratio senatus adjungebatur. Ceterum ut semel recepisse, veniam habuerit;

fu assoluto, scopertesi false le accuse di Vibio Sereno (39), il qual fatto più sicuro dall' odio pubblico non riportonne alcun danno: le spie più crudeli eran quasi sacrosante; le deboli e ignobili punite.

Tiberio ricusa l' onor del tempio offertogli dagli Spagnuoli.

XXXVII. In questo tempo la Spagna ulteriore spediti ambasciadori al senato pregò di edificare sull' esempio dell'Asia un tempio a Tiberio e alla sua madre. Cesare avea coraggio di non curare gli onori; ed essendosi sparso che s' era piegato ad ambirli, prese quindi motivo di far questo discorso. *Io so, padri coscritti, che per non aver io poc' anzi negata questa stessa licenza alle città dell' Asia, molti m' hanno accusato di poca costanza: udite adunque e perchè io allor tacqui, e ciò che ho risoluto di fare in appresso. Avendo il divo Augusto permesso che si edificasse in Pergamo un tempio a sè ed a Roma, io che ogni suo detto e fatto tengo per legge, seguitai volentieri l'esempio suo, tanto più che il mio culto s' univa a quel del senato* (40). *Ma come l' averlo accettato una volta merita scusa; co-*

ita per omnes provincias effigie numinum sacrari, ambitiosum, superbum: et vanescet Augusti honor, si promiscuis adulationibus vulgatur.

XXXVIII. Ego me, patres conscripti, mortalem esse, et hominum officia fungi, satisque habere, si locum principem impleam, et vos testor, et meminisse posteros volo: qui satis superque memoriæ meæ tribuent, ut majoribus meis dignum, rerum vestrarum providum, constantem in periculis, offensionum pro utilitate publica non pavidum, credant. Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies, et mansuræ: nam quæ saxo struuntur, si judicium posterorum in odium vertit, pro sepulchris spernuntur. Proinde socios, cives, et deos ipsos precor: hos, ut mihi, ad finem usque vitæ, quietam et intelligentem humani divinique juris mentem duint; illos, ut quandoque concessero (a), cum laude et bonis recordationibus, facta atque famam nominis mei prosequantur. *Perstititque posthac, secretis etiam sermonibus, aspernari talem suî cultum: quod alii* modestiam, *multi*, quia diffideret, *quidam*, ut degeneris animi, *interpretabantur*. Optumos quippe mortalium altissima cupere. Sic Hercu-

(a) *Quandoque concessero*. Ita codex scriptus, ut Ann. 1, 6: idque non debuit mutari in *quandocumque*. Infra pro *cetera principibus* statim *adesse*, legit Muretus *affatim*.

sì il farsi per ogni provincia deificare ne' templi, ambiziosa cosa parmi e superba: e fatto comune dall' adulazione d' ognuno diverrà vile l' onor d' Augusto.

XXXVIII. *Che io son uomo, e vivo qual uomo, assai pago se adempio i doveri di Principe, a voi lo dichiaro, o Padri coscritti, e voglio che sel rammentino i posteri: i quali onoreranno anche più che abbastanza la mia memoria se crederan che fui degno de' miei maggiori, provvido ne' vostri bisogni, costante ne' pericoli, e per bene della repubblica non timoroso di sinistri incontri. Questi sieno negli animi vostri i miei templi, questi i simulacri più belli ed eterni; gli altri di sasso, se il giudizio de' posteri si cangia in odio, si disprezzan come sepolcri. Onde prego gli alleati, i cittadini, gli Dei stessi; questi che mi conservino fino alla morte una mente tranquilla e conoscitrice dei dritti umani e divini; quelli che quando io sarò morto onorin con lode e favorevole ricordanza i fatti e la fama del nome mio.* Perseverò dopo anche ne' segreti discorsi a rifiutar questo culto: ciò che altri attribuirono a moderazione, molti a diffidenza: vi fu anche chi disse, *esser viltà: a tanto più alte cose aspirar gli uomini quanto son più virtuosi. Così Ercole e Bacco*

lem et Liberum apud Græcos, Quirinum apud nos, deûm numero additos. Melius Augustum, qui speraverit. Cetera Principibus statim adesse: unum insatiabiliter parandum, prosperam suî memoriam: nam contemptu famæ, contemni virtutes.

Sejanus, nimia fortuna socors, Liviam sibi uxorem petit.

XXXIX. *At Sejanus nimia fortuna socors, et muliebri insuper cupidine incensus, promissum matrimonium flagitante Livia, componit ad Cæsarem codicillos. Moris quippe tum erat, quamquam præsentem, scripto adire. Ejus talis forma fuit*: Benevolentia patris Augusti, et mox pluribus Tiberii judiciis, ita insuevisse, ut spes votaque sua non prius ad deos, quam ad Principum aures conferret. Neque fulgorem honorum umquam precatum: excubias ac labores, ut unum e militibus, pro incolumitate Imperatoris malle. Attamen, quod pulcherrimum, adeptum, ut conjunctione Cæsaris dignus crederetur: hinc initium spei. Et quoniam audiverit, Augustum, in conlocanda filia, nonnihil etiam de equitibus Romanis consultavisse: ita, si ma-

fra' Greci, Quirino fra noi essere stati aggiunti agli Dei: meglio aver fatto Augusto che lo sperò. Niuna delle altre cose mancare ai Principi: una sola dover essi insaziabilmente cercare, la favorevol memoria di sè: chi disprezza la fama disprezzar la virtù.

Sejano accecato da troppa fortuna chiede le nozze di Livia.

XXXIX. Ma Sejano ebbro per troppa fortuna, acceso inoltre da Livia avida del promesso matrimonio, scrive a Cesare benchè presente, secondo l'uso di quei tempi, una lettera di questo tenore. *La benevolenza del padre Augusto prima, e poi i molti favori di Tiberio averlo assuefatto a rivolgere le sue speranze e preghiere non prima agli Dei, che alle orecchie de' Principi. Non aver mai richiesto lo splendor degli onori: amar meglio, come un de' soldati, affaticarsi vegliando per la salute dell' Imperadore. Aver non ostante conseguito un gran premio coll' esser creduto degno della parentela di Cesare* (41): *quindi esser nata la sua speranza. E sapendo che Augusto nel collocar la figliuola pensò qualche volta ai cavalieri Romani; così qualor si cercasse un ma-*

ritus Liviæ quæreretur, haberet in animo amicum, sola necessitudinis gloria usurum. Non enim exuere imposita munia: satis æstimare, firmari domum (a) adversum iniquas Agrippinæ offensiones; idque liberorum causa. Nam sibi multum superque vitæ fore, quod tali cum Principe explevisset.

XL. *Ad ea Tiberius, laudata pietate Sejani, suisque in eum beneficiis modice percursis, cum tempus, tamquam ad integram consultationem, petivisset, adjunxit*: Ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: Principum diversam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda: ideo se non illuc decurrere, quod promptum rescriptu: posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet (b): esse illi matrem et aviam, propiora consilia: simplicius acturum: de inimicitiis primum Agrippinæ, quas longe acrius arsuras, si matrimonium Liviæ, velut in partes, domum Cæsarum distraxisset: sic quoque erumpere æmulationem feminarum, eaque discordia nepotes suos convelli: quid si intendatur certamen, tali conjugio? Falleris enim, Sejane,

(a) *Firmari domum*. Nempe suam, quam vocem deinde restringit ad liberos suos: nam se felicem, si cum principe vivat obeatque.

(b) *Tolerandum haberet*. Samptum e Græcis loquendi genus, quod frequens in illius ævi scriptoribus. Sic Ann. 14, 44. *Si nunc primum statuendum haberemus*.

rito per Livia, avesse in vista un amico, pago sol della gloria del parentado. Nè già voler esso deporre il suo officio: contentarsi di assicurar la sua casa contra l' ingiusta persecuzion d' Agrippina; e ciò per riguardo dei figli: per sè stimar molto, anzi troppo il terminar la vita in servigio di sì gran Principe.

XL. Tiberio lodata la pietà di Sejano, e rammentati brevemente i beneficj fattigli, domandò tempo, quasi per esaminar seriamente la cosa, poi gli soggiunse: *pensar gli altri mortali ai proprj vantaggi: diversa esser la sorte de' Principi, di cui lo scopo principale esser debbe la fama: perciò non ricorrer esso alla risposta che avrebbe potuto prontamente dargli: stare in libertà di Livia il rimaritarsi dopo la morte di Druso, o tollerare in sua casa la vedovanza: aver essa e madre ed avola cui consultare più da vicino. Ma volergli risponder più schietto; e prima che le inimicizie di Agrippina maggiormente si accenderebbero, se il matrimonio di Livia dividesse quasi in fazioni la casa de' Cesari: scoppiare ancor senza questo le femminili loro discordie, e grave danno patirne i suoi nipoti: che sarebbe se questo matrimonio aizzasse lor gare? Poichè t' inganni, o Sejano, se credi poterti rimane-*

si te mansurum in eodem ordine putas, et Liviam, quæ C. Cæsari, mox Druso nupta fuerit, ea mente acturam, ut cum equite Romano senescat. Ego ut sinam, credisne passuros, qui fratrem ejus, qui patrem majoresque nostros, in summis imperiis videre? Vis tu quidem istum intra locum sistere: sed illi magistratus et primores, qui, te invito, perrumpunt, omnibusque de rebus consulunt, excessisse jam pridem equestre fastigium, longeque anteisse patris mei amicitias, non occulti ferunt, perque invidiam tuî me quoque incusant. At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est. Mirum hercule, si, cum in omnes curas distraheretur, immensumque attolli provideret, quem conjunctione tali super alios extulisset, C. Proculejum, et quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vitæ, nullis reipublicæ negotiis permixtos. Sed si dubitatione Augusti movemur; quanto validius est, quod M. Agrippæ, mox mihi conlocavit? Atque ego hæc, pro amicitia, non occultavi: ceterum neque tuis, neque Liviæ destinatis adversabor. Ipse quid intra animum volutaverim, quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi parem, omittam ad præsens referre: id tantum aperiam, nihil esse tam excelsum, quod non virtutes istæ,

re nello stesso ordine, e Livia già moglie di C. Cesare (42), e poi di Druso voler di buon animo invecchiar moglie d' un Cavaliere Romano. Ma fa che io il permetta; credi tu che il soffrirebber coloro che han veduto il fratello di lei, il padre (43) e i maggiori nostri nei sommi imperj? Tu vuoi certo restar nel tuo grado; ma quei magistrati, quei grandi che contro tua voglia s' intrudono (44) a consultar di tutto, già dicono, nè già segretamente, che tu oltrapassato hai da gran tempo e l' equestre dignità e gli amici di mio padre; e invidiando te riprendono ancor me. Ma pensò Augusto di dare in moglie la sua figliuola a un cavaliere Romano. E qual meraviglia se a tutto pensando, e prevedendo a quale immenza altezza avrebbe inalzato un suo genero, nominò ne' suoi discorsi C. Proculejo ed altri, chè per la tranquilità della vita non si frammischiavano mai nei pubblici affari? Ma più dei dubbj d' Augusto è da valutarsi la scelta che fece di M. Agrippa e poi di me. E queste cose t' ho io palesate, come amico, senza però oppormi ai disegni tuoi e di Livia. Ciò che io vo' ravvolgendo nell' animo; con quali vincoli io pensi di maggiormente congiungerti a me, non lo dico per ora: ti dirò solamente non esservi

tuusque in me animus mereantur; datoque tempore, vel in senatu, vel in concione non reticebo.

Matrimonii spe dejectus, Principem ad vitam procul Roma degendam impellit.

XLI. *Rursum Sejanus* (a), *non jam de matrimonio, sed altius metuens*, tacita suspicionum, vulgi rumorem, ingruentem invidiam, *deprecatur. Ac ne adsiduos in domum cœtus arcendo, infringeret potentiam, aut receptando, facultatem criminantibus præberet; huc flexit, ut Tiberium ad vitam, procul Roma, amœnis locis degendam, impelleret. Multa quippe providebat: sua in manu aditus, literarumque magna ex parte se arbitrum fore, cum per milites commearent: mox Cæsarem, vergente jam senecta, secretoque loci mollitum, munia imperii facilius tramissurum: et minui sibi invidiam, adempta salutantum turba; sublatisque inanibus, vera potentia augere* (b). *Igitur paullatim negotia Urbis, populi adcursus, multitudinem adfluentium increpat, extollens laudibus* quietem et solitudinem: quîs ab-

... *Sejanus*. Missis nimirum aliis ad Tiberium codi-

... *entia augere*. Accipiunt passive pro *augeri*, quod Acidalius reponebat *veram potentiam augere*, i. e.

grado sì alto, che cotesta tua virtù e animo verso di me non si meriti; e a tempo suo o in senato o al popolo saprò ben dirlo.

Perduta la speranza del matrimonio induce il Principe a viver lungi da Roma.

XLI. Gli riscrisse Sejano non già sul matrimonio, ma su i timori che più lo agitavano, pregando a difenderlo dai taciti sospetti, dalle voci del volgo, dalla crescente malevolenza. E perché col chiuder la casa alle frequenti adunanze indeboliva la sua potenza, o coll'aprirla dava occasione alle accuse, si rivolse ad indurre Tiberio a viver lungi da Roma in luoghi ameni. Prevedevane molti vantaggi: diverrebbe l'arbitro delle udienze; e portandosi le lettere dai soldati, d'una gran parte di esse: Cesare ormai vecchio ed infiacchito nel suo ritiro gli avrebbe più facilmente lasciato le cure dell'impero; egli tolta la frequenza delle visite sarebbe meno odiato, meno in apparenza, ma più in sostanza potente. Onde di tratto in tratto gli biasima le brighe della città, il concorso del popolo, la folla de' forestieri, e gli esalta la quiete e la solitudine, dove lontano dai fa-

crescere. Ryckius leviori mutatione legit *vera potentiæ augere*: quod dictum, ut *tacita suspicionum, inania famæ*.

esse tædia et offensiones, ac præcipua rerum maxime agitari.

XLII. *Ac forte habita per illos dies de Votieno Montano, celebris ingenii viro, cognitio cunctantem jam Tiberium perpulit, ut vitandos crederet patrum cœtus vocesque, quæ plerumque veræ et graves coram ingerebantur. Nam, postulato Votieno*, ob contumelias in Cæsarem dictas, *testis Aemilius, e militaribus viris* (a), *dum studio probandi cuncta refert, et, quamquam inter obstrepentes, magna adseveratione nititur, audivit Tiberius probra, quîs per occultum lacerabatur: adeoque perculsus est, ut* se vel statim (b), vel in cognitione purgaturum *clamitaret; precibusque proximorum, adulatione omnium, ægre componeret animum. Et Votienus quidem majestatis pœnis adfectus est. Cæsar objectam sibi adversus reos inclementiam eo pervicacius amplexus, Aquiliam, adulterii delatam cum Vario Ligure, quamquam Lentulus Gætulicus, consul designatus, lege Julia damnasset, exsilio punivit: Apidiumque Merulam*, quod in acta divi Augusti non juraverat, *albo senatorio erasit*.

(a) *E militaribus viris*. Quibus verbis designatur rerum urbanarum haud satis peritus.

(b) *Vel statim*. Coram universo senatu. *Vel in cognitione*, seu in actione legitima coram datis judicibus.

stidj e dai disgusti potrebbe meglio occuparsi ne' grandi affari.

XLII. La causa di Vozieno Montano, famoso per grande ingegno, agitata a caso in que' giorni, spinse Tiberio già titubante a fuggire le adunanze de' padri, per non sentirsi più gravemente rimproverare sul vero. Perocchè accusato Vozieno per ingiurie dette contro Cesare, mentre Emilio uom militare, per comparire testimonio zelante, si sforza ostinatamente, sopraffacendo l'altrui strepito, d'esporle tutte, Tiberio ascoltò le vergogne ond'era occultamente lacerato; e se ne risentì a segno, che gridò *volersi scolpare o allora subito, o in giudizio*: e a stento il calmarono le preghiere degli amici, le adulazioni di tutti. E Vozieno fu condannato alla pena di maestà (45). Cesare per la rinfacciatali crudeltà contro i rei fatto più crudo, benchè Lentulo Getulico consolo disegnato dannata avesse Aquilia rea d'adulterio con Vario Ligure alla pena della legge Giulia (46), volle che fosse punita coll'esilio: e rase dal senato Apidio Merula per non aver giurato negli atti del divo Augusto.

Legationes Græcorum de asylorum jure.

XLIII. *Auditæ deinc Lacedæmoniorum et Messeniorum legationes ; de jure templi Dianæ Limnatidis* (a), quod suis a majoribus, suaque in terra dicatum, *Lacedæmonii firmabant annalium memoria, vatumque carminibus* : sed Macedonis Philippi, cum quo bellassent, armis ademptum, ac post C. Cæsaris et M. Antonii sententiam redditum. *Contra Messenii*, veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi *protulere*, suoque regi Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, cessisse : monimentaque ejus rei sculpta saxis et ære prisco manere. Quod si vatum, annalium ad testimonia vocentur, plures sibi ac locupletiores esse : neque Philippum potentia, sed ex vero statuisse : idem regis Antigoni, idem imperatoris Mummii judicium : sic Milesios, permisso publice arbitrio (b), postremo Atidium Geminum, prætorem Achajæ, decrevisse. *Ita secundum Messenios datum. Et Segestani*, ædem Veneris, montem apud Erycem, vetustate dilapsam, restaurari *postulavere* : *nota memorantes de origine ejus*,

(a) *Limnatidis*. Jac. Gronovius emendavit ex codice scripto *Limenatidis*, ut voluit Lipsius : male editi *Limenetidis*.

(b) *Permisso publice arbitrio*. Cum publico, seu reipublicæ Milesiorum permissum ab Lacedæmoniis et Messeniis arbitrium esset.

Ambascerie de' Greci sul dritto degli asili.

XLIII. S' udiron poi le ambascerie de' Lacedemoni e de'Messenj contrastanti sul dritto del tempio di Diana Linnate (47): i Lacedemoni coll' autorità degli annali e de' poeti provavano *essere stato dedicato dai lor maggiori e nel lor paese: poi tolto coll'armi da Filippo il Macedone, quand' ebber guerra con lui; finalmente riavuto per sentenza di C. Cesare e M. Antonio*. All' incontro i Messenj producendo una antica divisione del Peloponneso tra i posteri d'Ercole, sostenevano: *esser toccato al lor Re il territorio Denteliate, dove era quel tempio: farne tuttor fede antiche memorie scolpite in sassi e in bronzo: potere anch' essi allegar testi di poeti e d' annali molti più e più autorevoli: nè Filippo aver così ordinato per forza, ma per giustizia: lo stesso aver giudicato il Re Antigono, lo stesso l' Imperador Mummio: così i Milesj per pubblico compromesso; così finalmente aver decretato Atidio Gemino pretor dell' Acaja*. Fu giudicato in favor de' Messenj. Domandarono i Segestani la restaurazione del tempio di Venere nel monte Erice, per antichità rovinato; sulla cui origine narra-

et læta Tiberio. Suscepit curam libens, ut consanguineus. Tunc tractatæ Massiliensium preces, probatumque P. Rutilii exemplum. Namque eum, legibus pulsum, civem sibi Smyrnæi addiderant: quo jure Vulcatius Moschus, exsul, in Massilienses receptus, bona sua reipublicæ eorum, ut patriæ, reliquerat.

Mors Cn. Lentuli et L. Domitii.

XLIV. *Obiere eo anno viri nobiles, Cn. Lentulus, et L. Domitius. Lentulo, super consulatum et triumphalia de Gætulis, gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter paratæ et modeste habitæ. Domitium decoravit pater, civili bello maris potens, donec Antonii partibus, mox Cæsaris misceretur. Avus, Pharsalica acie, pro optimatibus ceciderat: ipse electus, cui minor Antonia* (a), *Octavia genita, in matrimonium daretur. Post exercitu flumen Albim transcendit; longius penetrata Germania, quam quisquam priorum: easque ob res insignia triumphi adeptus est. Obiit et L. Antonius, multa claritudine generis, sed improspera. Nam pa-*

(a) *Cui minor Antonia*. Hic et Ann. 12,64. dissentit Tacitus ab Suetonio, qui scribit *majorem* Antoniam fuisse in matrimonio Domitii, *minorem* in Drusi. Vide in Caligula 1, et in Nerone 5.

ron ciò che era noto e gradito a Tiberio, ond'ei come ad essi congiunto di sangue (48) volentieri ne prese la cura. S' udiron poi i prieghi de' Marsigliesi, e fu approvato l' esempio di P. Rutilio bandito per legge, e fatto poi cittadino di Smirne: com' egli a Smirne, così Vulcazio Mosco esule e ricevuto tra i Marsigliesi avea lasciato i suoi beni alla loro repubblica, come a sua patria.

Morte di Gn. Lentulo e Lucio Domizio.

XLIV. Morirono in quest' anno due grandi uomini, Cn. Lentulo e L. Domizio. A Lentulo oltre il consolato e gli onori trionfali riportati su i Getuli ascrivevansi a lode la ben sofferta povertà, e le ricchezze acquistate poi senza colpa, e con moderazione godute. Domizio fu illustre per suo padre potente in mare nella guerra civile, finchè s' unì al partito d' Antonio, poi di Cesare. L' avo morì in Farsaglia per gli ottimati; ed ei fu scelto a marito di Antonia minore nata d' Ottavia. Poi passato coll' esercito l' Albi, e penetrata la Germania più dentro che alcun de'maggiori, riportò per tali imprese le insegne del trionfo. Morì ancor Antonio di famiglia molto famosa, ma

tre ejus, Julo Antonio, ob adulterium Juliæ morte punito, hunc admodum adolescentulum, sororis nepotem, seposuit Augustus in civitatem Massiliensem, ubi specie studiorum nomen exsilii tegeretur. Habitus tamen supremis honor: ossaque tumulo Octaviorum inlata, per decretum senatus.

L. Piso in Hispania interficitur.

XLV. *Iisdem consulibus, facinus atrox, in citeriore Hispania, admissum a quodam agreste, nationis Termestinæ. Is prætorem provinciæ, L. Pisonem, pace incuriosum, ex improviso in itinere adortus, uno vulnere in mortem adfecit: ac pernicitate equi profugus, postquam saltuosos locos attigerat, dimisso equo, per dirupta et avia sequentes frustratus est: neque diu fefellit. Nam prehenso ductoque per proximos pagos equo, cujus foret cognitum: et repertus, cum tormentis edere conscios adigeretur, voce magna, sermone patrio*, frustra se interrogari *clamitavit:* adsisterent socii ac spectarent: nullam vim tantam doloris fore, ut veritatem eliceret. *Idemque cum postero ad quæsitionem retraheretur, eo nisu proripuit se*

sventurata. Perocchè Augusto dopo aver punito con morte Giulio Antonio di lui padre per l'adulterio di Giulia, mandò costui nipote di sua sorella assai giovinetto in Marsiglia, dove il pretesto dello studio coprisse il nome dell'esilio. Gli furono nondimeno fatte solenni esequie; e l'ossa riposte nel sepolcro degli Ottavj per decreto del senato.

L. Pisone ucciso in Ispagna.

XLV. In quest' anno nella Spagna citeriore un villano da Termeste commise un atroce misfatto. Assalì all' improvviso L. Pisone pretore della provincia, che in tempo di pace viaggiava senza cautela, e con un colpo l'uccise; spronò quindi il cavallo ne' boschi, ove lasciatolo, per balze e dirupi scappò da coloro che l' inseguivano; ma per poco. Perocchè preso il cavallo e condotto per li vicini villaggi si riseppe di chi era: ritrovato e costretto co' tormenti a palesare i complici, altamente gridò in suo linguaggio: *esser vano l'interrogarlo: fosser pure presenti i complici; niun tormento per grande che fosse gli strapperebbe di bocca la verità*. Essendo rimesso il dì seguente alla tortura, con tal forza scappò dai custodi e sbattè il

custodibus, saxoque caput adflixit, ut statim exanimaretur. Sed Piso Termestinorum dolo cæsus habetur: qui pecunias, e publico interceptas, acrius, quam ut tolerarent barbari, cogebat.

An. U. C. DCCLXXIX. Aer. Chr. 26.

Contusis Thracum gentibus, triumphi insignia accipit Poppæus Sabinus.

XLVI. *Lentulo Gætulico, C. Calvisio consulibus, decreta triumphi insignia Poppæo Sabino, contusis Thracum gentibus, qui montium editis, inculti, atque eo ferocius agitabant. Causa motus, super hominum ingenium, quod pati delectus, et validissimum quemque militiæ nostræ dare aspernabantur; ne regibus quidem parere, nisi ex libidine, soliti; aut, si mitterent auxilia, suos ductores præficere, nec nisi adversum accolas belligerare. Ac tum rumor incesserat, fore, ut disjecti, aliisque nationibus permixti, diversas in terras traherentur. Sed antequam arma inciperent, misere legatos*, amicitiam, obsequiumque *memoraturos*; et mansura hæc, si nullo novo onere tentarentur. Sin ut victis servitium indiceretur;

capo in un sasso, che restò subito morto. Si crede che i Termestini facessero uccider Pisone; perchè riscuoteva i denari intercetti al pubblico (49) con più rigore, che non soffrivan quei barbari.

Anni di Roma DCCLXXIX. *di Cristo* 26.

Poppeo Sabino per aver domato i Traci riporta le insegne del trionfo.

XLVI. Nel consolato di Lentulo Getulico e C. Calvisio si decretaron le insegne del trionfo a Poppeo Sabino per aver rintuzzato i Traci abitanti nelle alture de' monti, gente incolta e perciò più feroce. Inclinati per natura alle rivolte, sdegnavano che i più robusti de' loro fossero ascritti alla nostra milizia; avvezzi a non ubbidire neppure ai Re, se non a capriccio, o se mandavano ajuti, a guerreggiare sotto i lor capi e soltanto contro i vicini. Sparsasi voce che divisi e frammischiati fra le altre nazioni sarebbero tratti in diversi paesi, prima di prender le armi mandarono ambasciadori, protestando *che si sarebbero conservati costantemente amici e fedeli, se non fossero irritati da nuove gravezze. Che se come a' vinti s' intimasse*

esse sibi ferrum et juventutem, et promptum libertati, aut ad mortem animum. *Simul castella rupibus indita, conlatosque illuc parentes et conjuges ostentabant*, bellumque impeditum, arduum, cruentum, *minitabantur*.

XLVII. *At Sabinus (donec exercitus in unum conduceret, datis mitibus responsis) postquam Pomponius Labeo e Mœsia cum legione, rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutaverant, venere, addita præsenti copia, ad hostem pergit, compositum jam per angustias saltuum: quidam audentius apertis in collibus visebantur: quos dux Romanus, acie suggressus, haud ægre pepulit, sanguine barbarorum modico, ob propinqua suffugia. Mox castris in loco communitis, valida manu montem occupat, angustum, et æquali dorso continuum usque ad proximum castellum, quod magna vis armata, aut incondita* (a), *tuebatur: simul in ferocissimos, qui ante vallum, more gentis, cum carminibus et tripudiis persultabant, mittit delectos sagittariorum. Ii dum eminus grassabantur, crebra et inulta vulnera fecere* (b); *propius incedentes, eruptione subita turbati sunt, receptique subsidio Sugambræ cohortis, quam Romanus promptam ad pericu-*

(a) *Armata, aut incondita*. Recte Rhenanus, *et incondita*, præter Taciti mentem. Lips.

loro la schiavitù, aver essi armi e gioventù e cuor pronto alla libertà o alla morte. E additando i burroni da loro fortificati, e i vecchi e le mogli colassù trasportate, minacciavan guerra malagevole, aspra, sanguinosa.

XLVII. Diede Sabino dolci risposte, finchè riunito il suo esercito, e rinforzato poi dalla legione di Pomponio Labeone venuta di Mesia, e dal Re Remetalce accorso co' suoi rimasti fedeli, si avanzò contro il nemico situato tra gli stretti delle boscaglie. I più arditi vedevansi sulle aperte colline, dove salito coll' esercito il capitano Romano ne li cacciò facilmente con poco sangue de' barbari, per le ritirate vicine. Quivi poi accampatosi occupa con forte truppa la schiena d'un monte angusto, che piana si stendeva fino al vicino castello difeso, ma senza ordine da molti armati. E tosto contro i più feroci, che innanzi alle trincèe cantando e danzando gavazzavano all'uso loro, spinge una scelta schiera d' arcieri, i quali finchè combatteron da lungi feriron molti senza lor danno: appressatisi, un improvvisa sortita li disordinò: ma furon soccorsi dalla coorte Sugambra, che pronta a questi rischi, e non men fiera per lo strepito

(b) *Crebra et inulta vulnera fecere*. Ita veteres editi omnes, idque restituit Jac. Gronovius. Vitiose recentiores *crebra et multa*.

la , nec minus cantuum et armorum tumultu trucem , haud procul instruxerat .

XLVIII. *Translata dehinc castra hostem propter , relictis apud priora munimenta Thracibus , quos nobis adfuisse memoravi : iisque permissum* vastare , urere , trahere prædas , dum populatio lucem intra sisteretur , noctemque in castris tutam et vigilem capesserent . *Id primo servatum : mox versi in luxum , et raptis opulenti , omittere stationes , lascivia epularum , aut somno et vino procumbere . Igitur hostes , incuria eorum comperta , duo agmina parant : quorum altero populatores invaderentur ; alii castra Romana adpugnarent , non spe capiendi , sed ut clamore , telis , suo quisque periculo intentus , sonorem alterius prœlii non acciperet : tenebræ insuper delectæ , augendam ad formidinem . Sed qui vallum legionum tentabant , facile pelluntur . Thracum auxilia , repentino incursu territa , cum pars munitionibus adjacerent , plures extra palarentur , tanto infensius cæsi , quanto* perfugæ et proditores , ferre arma ad suum patriæque servitium , *incusabantur .*

XLIX. *Postera die Sabinus exercitum æquo loco ostendit , si barbari , successu noctis ala-*

de' canti e delle armi era stata dal capitano non lungi schierata.

XLVIII. Trasportato quindi il campo vicino al nemico, i Traci ch'eran venuti a soccorrerci, come ho detto, furon lasciati ne' vecchi ripari: ebber licenza di saccheggiare il paese, bruciare, far prede durante il giorno, e ordine di ritirarsi la notte al sicuro ed in guardia dentro i quartieri. Ubidiron da prima; poi rivoltisi a lussuriare e arricchiti di prede lascian le poste, e si sdrajano a crapolare e dormire. I nemici veduta la lor negligenza forman due schiere: una per assalire i saccheggianti, l'altra il campo Romano; non perchè sperassero di espugnarlo, ma perchè ognuno tra le grida e le armi badando al proprio pericolo non sentisse lo strepito dell' altro assalto. Fu scelta la notte per accrescer terrore. Ma gli assalitori del campo son facilmente rispinti. I Traci atterriti dall' improvviso assalto, parte giacenti presso i ripari, i più dispersi al di fuori tanto più crudelmente furono trucidati, quanto che eran tenuti per fuggitivi, traditori, e autori di guerra contro la libertà propria e della patria.

XLIX. Il giorno dopo Sabino schierò in un piano l'esercito per allettare i barbari superbi

cres, prœlium auderent: et postquam castello, aut conjunctis tumulis non degrediebantur, obsidium cœpit per prœsidia, quœ opportune jam muniebat (a): *dein fossam loricamque centexens, quatuor millia passuum ambitu amplexus est. Tum paullatim, ut aquam pabulumque eriperet, contrahere claustra, arctaque circumdare: et struebatur agger, unde saxa, hastœ, ignes propinquum jam in hostem jacerentur. Sed nihil œque, quam sitis, fatigabat, cum ingens multitudo bellatorum, imbellium, uno reliquo fonte uterentur. Simul equi, armenta, ut mos barbaris, juxta clausa, egestate pabuli exanimari: adjacere corpora hominum, quos vulnera, quos sitis peremerat: pollui cuncta sanie, odore, contactu. Rebusque turbatis malum extremum discordia accessit; his deditionem, aliis mortem, et mutuos inter se ictus parantibus. Et erant, qui* non inultum exitium, sed eruptionem *suaderent: neque ignobiles, quamvis diversi sententiis.*

L. *Verum e ducibus, Dinis, provectus senecta, et longo usu vim atque clementiam Romanam edoctus*, ponenda arma, unum adflictis id remedium, *disserebat; primusque se cum conjuge et liberis victori permisit: secuti œta-*

(a) *Quœ opportune jam muniebat*. Freinshemius mallet *immuniebat*: ut Ann. XI, 19. *Ne jussa exuerent, prœsidium immuni-*

del notturno successo a venire alle mani: ma non uscendo dal castello o dai colli contigui, li circondò con forti ben fiancheggiati; e per lo spazio di quattro miglia tirò una fossa munita de' suoi ripari. Indi per tor loro acqua e foraggi, li racchiuse a poco a poco in più stretto recinto, e drizzò un bastione, onde scagliar contro il già vicino nemico sassi, aste, e fuoco. Ma sopra tutto li tormentava la sete, essendo rimasta una sola fonte a tanti sì atti che non atti alla guerra. I cavalli e gli armenti con essi chiusi all' uso de' barbari, morivan per mancanza di pascoli: vicino ad essi giacevano i cadaveri degli uccisi dalle ferite e dalla sete: putridume, puzzo, contagio contaminava ogni cosa. A questi mali s'aggiunse il maggiore, la discordia; essendo altri vogliosi di rendersi, altri di darsi fra loro la morte. V' era ancora chi consigliava per non morir senza vendetta una sortita: i pareri eran diversi, ma da notarsi il coraggio.

L. Ma il vecchio Dini, uno de' capi, conoscendo per lunga esperienza la forza e la clemenza Romana, esortava a depor l' armi, unico rimedio agli afflitti; e il primo colla consorte e i figliuoli si rese al vincitore: i deboli

vit. Dein fossam, supple *ducens*, *loricamque*, i. e, vallum exiguum, scpimentum *contexens*, quod e cratibus plerumque fiebat.

te aut sexu imbecilli, et quibus major vitæ, quam gloriæ, cupido. At juventus Tarsam inter et Turesim distrahebatur: utrique destinatum cum libertate occidere: sed Tarsa properum finem, abrumpendas pariter spes ac metus *clamitans, dedit exemplum, demisso in pectus ferro: nec defuere, qui eodem modo oppeterent. Turesis sua cum manu noctem opperitur, haud nescio duce nostro. Igitur firmatæ stationes densioribus globis: et ingruebat nox nimbo atrox, hostisque clamore turbido, modo per vastum silentium, incertos obsessores effecerat: cum Sabinus circumire, hortari,* ne ad ambigua sonitus, aut simulationem quietis, casum insidiantibus aperirent, sed sua quisque munia servarent immoti, telisque non in falsum jactis.

LI. *Interea barbari catervis decurrentes, nunc in vallum manualia saxa, præustas sudes, decisa robora jacere: nunc virgultis, et cratibus, et corporibus exanimis, complere fossas: quidam, pontes et scalas ante fabricati, inferre propugnaculis, eaque prensare, detrahere, et adversus resistentes cominus niti. Miles contra deturbare telis, pellere umbonibus, muralia pila, congestas lapidum moles provolvere. His partæ victoriæ spes, et, si cedant, insignitius flagitium; illis extrema jam*

per età o per sesso, e chi più della gloria amava la vita, seguiron l'esempio. Tarsa e Turesi risoluti di morir liberi tenean divisa la gioventù: Tarsa gridando doversi con affrettata morte troncare e speranze e timori, ne diè l'esempio trafiggendosi il petto col ferro. Nè mancò chi facesse lo stesso. Turesi co' suoi aspettava la notte; e il nostro capitano avvisatone rinforzò le guardie. Soprastava notte orribilmente tempestosa, e il nemico or con atroci grida, or con profondo silenzio teneva incerti gli assedianti: Sabino andava intorno esortandoli *a non lasciarsi ingannare nè dall'incerte grida nè dalla finta quiete: attendesse ognuno immobilmente al suo ufficio, nè avventasser colpi a voto.*

LI. Intanto i barbari correndo a frotte or lanciano nello steccato grossi sassi, pali abbronzati, recisi tronchi: or con virgulti e craticci e cadaveri riempiono i fossi: altri i già preparati ponti e le scale accostano ai ripari, e gli abbrancano, e respingendo da presso i difensori gli staccano. I nostri all' incontro li caccian coi dardi, gli urtano colle targhe, e avventan lanciotti e mucchj di macigni. Son questi animati da una vittoria già certa, e dalla vergogna tanto maggiore di perderla: quelli dall' ultimo

salus, et adsistentes plerisque matres et conjuges, earumque lamenta addunt animos. Nox aliis in audaciam, aliis ad formidinem opportuna; incerti ictus, vulnera improvisa; suorum atque hostium ignoratio; et montis anfractu repercussæ, velut a tergo, voces, adeo cuncta miscuerant, ut quædam munimenta Romani, quasi perrupta, omiserint. Neque tamen pervasere hostes, nisi admodum pauci: ceteros, deleto promptissimo quoque aut saucio, adpetente jam luce, trusere in summa castelli: ubi tandem coacta deditio, et proxima sponte vicorum recepta (a): *reliquis, quo minus vi aut obsidio subigerentur, præmatura montis Hæmi et sæva hiems subvenit.*

Claudia Pulchra adulterii accusata et damnata.

LII. *At Romæ, commota Principis domo, ut series futuri in Agrippinam exitii inciperet, Claudia Pulchra, sobrina ejus, postulatur, accusante Domitio Afro. Is recens prætura, modicus dignationis, et quoquo facinore properus clarescere*, crimen impudicitiæ, adulterum Furnium, veneficia in Principem et devotiones *objectabat. Agrippina, semper atrox, tum et*

(a) *Proxima sponte vicorum recepta*. Beroaldus refinxit codi-

scampo, e dalla presenza e dai lamenti delle madri e delle mogli. La notte altri incoraggisce, altri spaventa: colpi incerti, improvvise ferite: nemici che non discerneansi dagli amici, e voci ripercosse dai concavi monti alle spalle, avean talmente confuso i Romani, che abbandonaron parte de' ripari, credendoli già rotti. Ma non vi penetrarono fuorchè pochi nemici: gli altri, morti o feriti i più audaci, allo spuntar del giorno furon rispinti nella sommità del castello: questo finalmente si rese a forza; i luoghi vicini spontaneamente: l'anticipato e crudo inverno del monte Emo salvò gli altri dalla forza o dall'assedio.

Claudia Pulcra accusata e condannata di adulterio.

LII. Frattanto in Roma, scossa già la casa del Principe, per dar principio all'ordita ruina di Agrippina, Domizio Afro poc'anzi pretore, di poco nome, e frettoloso di farselo con qualunque misfatto, accusò Claudia Pulcra cugina di lei di adulterio con Furnio, di veleni ed incantesimi contro il Principe. Agrippina sem-

cis scripturam *sponte incorum* hoc pacto *sponte incolarum*. Scripturæ propius inhæret Jac. Gronovius *sponte vicorum*.

periculo propinquæ accensa, *pergit ad Tiberium*, *ac forte sacrificantem patri reperit*: *quo inito invidiæ* (a), non ejusdem, *ait*, mactare divo Augusto victimas, et posteros ejus insectari: non in effigies mutas divinum spiritum transfusum; sed imaginem veram, cælesti sanguine ortam (b), intelligere discrimen, suscipere sordes. Frustra Pulchram præscribi, cui sola exitii causa sit, quod Agrippinam stulte prorsus ad cultum delegerit, oblita Sosiæ ob eadem adflictæ. *Audita hæc raram occulti pectoris vocem elicuere*, *correptamque Græco versu admonuit*: ideo lædi, quia non regnaret. *Pulchra et Furnius damnantur*. *Afer*, *primoribus oratorum additus*, *divulgato ingenio*, *et secuta adseveratione Cæsaris*, *qua* suo jure disertum *eum appellavit*: *mox capessendis accusationibus*, *aut reos tutando*, *prosperiore eloquentia quam morum fama fuit*: *nisi quod ætas extrema multum etiam eloquentiæ dempsit*, *dum fessa mente retinet silentii impatientiam*.

(a) *Quo initio invidiæ*. Sua scilicet in eam expromendæ usa.
(b) *Cælesti sanguine ortam*. Malles Gron. *ortos*: *intelligere discrimen*. Sibi nimirum imminens. Infra dedimus cum Ernesto *non ideo lædi*, ex unico codice. Editi omittunt *non* priore loco.

pre fiera, accesa allora per lo pericolo della cugina, corre a Tiberio, e lo trova in atto di sagrificare al padre; presa quindi occasione di pungerlo, *mal*, disse, *sagrificare ad Augusto chi ne perseguita i posteri: non essersi quello spirito divino nelle mute immagini trasfuso; la vera immagine nata d'origin celeste vedere il pericolo, rivestirsi di squallore* (50). *Vano essere il pretesto di Pulcra, rea non d'altro che d'imprudente amicizia per Agrippina, dimentica di Sosia* (51) *perseguitata appunto per questo*. Dal cupo sen di Tiberio trasser tai detti un'insolita risposta; e la riprese con quel verso Greco, *perciò t'adiri perchè non regni*. Pulcra e Furnio son condannati. Afro manifestato il suo talento, ed affermando Cesare che giustamente gli competeva il nome di eloquente, ebbe luogo tra' primi oratori: poi seguitando ad accusare o difendere i rei, acquistò fama più d'eloquenza che d'onestà, se non che vecchio perdè ancor molto di quella; non sapendo infiacchito di mente indursi a tacere.

Agrippina maritum sibi postulat, nec obtinet.

LIII. *At Agrippina, pervicax iræ, et morbo corporis implicata, cum viseret eam Cæsar, profusis diu ac per silentium lacrymis, mox invidiam et preces orditur:* subveniret solitudini, daret maritum: habilem adhuc juventam sibi; neque aliud probis, quam ex matrimonio, solatium: esse in civitate, qui Germanici conjugem, ac liberos ejus recipere dignarentur (a). *Sed Cæsar, non ignarus, quantum ex republica peteretur; ne tamen offensionis aut metus manifestus foret, sine responso, quamquam instantem, reliquit. Id ego a scriptoribus annalium non traditum, reperi in commentariis Agrippinæ, filiæ: quæ, Neronis Principis mater, vitam suam et casus suorum posteris memoravit.*

LIV. *Ceterum Sejanus mœrentem et improvidam altius perculit: immissis, qui per speciem amicitiæ monerent,* paratum ei venenum, vitandas soceri epulas. *Atque illa, simulationum nescia, cum propter discumberet, non vultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos;*

(a) *Esse in civitate, qui Germanici conjugem, ac liberos ejus recipere dignarentur.* Alii legunt *esse in civitate . . . Germanici conjugem ec.* Locus mutilus, quem sic explendum censet Jac. Gronovius, *esse in civitate, Agrippinam Germanici conjugem ac liberos qui recipere dignarentur.*

Agrippina chiede marito e non l' ottiene.

LIII. Agrippina ostinata nell' ira cadde malata: visitata da Cesare pianse per lungo tempo in silenzio; unendo poi i risentimenti alle preghiere (52) gli domanda, *che per alleviare la sua solitudine le dia marito: esser essa ancor fresca d' età; nè altrove conforto aver le oneste che nelle nozze: trovarsi in Roma chi non avrebbe sdegnato di accogliere la consorte e i figliuoli di Germanico*. Cesare conoscendo quanto la dimanda importasse alla repubblica, per non mostrare nè sdegno nè timore la lasciò, benchè facessene istanza, senza risposta. Taccion di questo fatto gli annalisti: io l' ho trovato nelle memorie di Agrippina figlia, madre di Nerone Imperadore, la quale lasciò scritta la sua vita e le vicende de' suoi.

LIV. Ma Sejano più profondamente trafisse l'afflitta ed incauta donna, mandandole chi sotto specie d' amicizia l' avvertisse, esserle preparato il veleno, fuggisse la mensa del suocero. Non avvezza a dissimulare, cenando vicino a lui nè per cenni nè per parole potè indursi a gustare alcun cibo. Tiberio che a ca-

donec advertit Tiberius, forte, an quia audiverat? idque quo acrius experiretur, poma, ut erant adposita, laudans, nurui sua manu tradidit. Aucta ex eo suspicio Agrippinæ, et intacta ore, servis tramisit: nec tamen Tiberii vox coram secuta, sed obversus ad matrem, non mirum, *ait*, si quid severius in eam statuisset, a qua veneficii insimularetur. *Inde rumor*, parari exitium: neque id imperatorem palam audere, secretum ad perpetrandum quæri.

Undecim Asiæ urbes certant, in qua earum templum Tiberii statueretur. Smyrnæi prælati.

LV. *Sed Cæsar, quo famam averteret* (a), *adesse frequens senatui, legatosque Asiæ, ambigentes*, quanam in civitate templum statueretur, *plures per dies audivit. Undecim urbes certabant, pari ambitione, viribus diversæ: neque multum inter se distantia memorabant*, de vetustate generis, studio in populum Romanum, per bella Persi, et Aristonici aliorumque regum. *Verum Hypæpeni, Trallianique, Laodicenis et Magnetibus simul, tramissi, ut parum validi. Ne Ilienses quidem, cum* parentem

(a) *Quo famam averteret*. Ut rumores illos vulgi alio traduceret.

so se ne accorse, o ne fu avvertito, per meglio accertarsene, lodando alcuni pomi apprestati a mensa li porse di sua mano alla nuora. Crebbe il sospetto d'Agrippina, e senza gustarli li diede ai servi. Tiberio a lei nulla, ma rivolto alla madre disse, *poichè costei sospetta ch' io la voglia avvelenare, non fia maraviglia s'io la tratterò con rigore*. Quindi la voce, che non osando palesemente cercasse di farla segretamente morire.

Competenza di undici città dell' Asia per fabbricare il tempio a Tiberio. Smirne prescelta.

LV. Ma Cesare per disviar questa voce frequentava il senato, e per più giorni ascoltò gli ambasciadori dell' Asia contrastanti, qual città gli dovesse fabbricare il tempio (53). Undici città competevano con pari ambizione, con forze diverse; e intorno alla loro antichità, e servigj prestati al popolo Romano nelle guerre di Perse, Aristonico, ed altri Re allegavan memorie quasi uguali. Gl' Ipepeni, i Tralliani, i Laodiceni e i Magnesj furono esclusi, come aventi ragioni di poco peso: anche gl' Iliesi, che

urbis Romæ Trojam *referrent*, *nisi antiquitatis gloria*, *pollebant*. *Paullum addubitatum*, *quod Halicarnassii* mille et ducentos per annos nullo motu terræ nutavisse sedes suas, vivoque in saxo fundamenta templi (a) *adseveraverant*. *Pergamenos* (*eo ipso nitebantur*) *æde Augusto ibi sita*, *satis adeptos creditum*. *Ephesii*, *Milesiique*, *hi Apollinis*, *illi Dianæ cærimonia occupavisse civitates visi*. *Ita Sardianos inter*, *Smyrnæosque deliberatum*. *Sardiani decretum Etruriæ recitavere*, *ut consanguinei*: *nam* Tyrrhenum Lydumque, Atye rege genitos, ob multitudinem divisisse gentem: Lydum patriis in terris resedisse; Tyrrheno datum, novas ut conderet sedes. Et ducum e nominibus indita vocabula, illis per Asiam, his in Italia: auctamque adhuc Lydorum opulentiam, missis in Græciam populis, cui mox a Pelope nomen: *simul* literas imperatorum, et icta nobiscum fœdera bello Macedonum, ubertatemque fluminum suorum, temperiem cæli, ac dites circum terras *memorabant*.

LVI. *At Smyrnæi*, *repetita vetustate*, seu Tantalus, Jove ortus, illos, sive Theseus, divina et ipse stirpe, sive una Amazonum con-

(a) *Fundamenta templi*. Construendi.

rammentando Troja madre di Roma, altro non vantavano che gloria antica. Gli Alicarnassei, affermando che per mille e dugento anni la lor città non era stata scossa dal tremuoto, e avrebber fondato il tempio sul vivo sasso, tennero alquanto i padri in sospeso. Ai Pergameni che allegavano il tempio d'Augusto fu risposto, che si potevano contentare di quello. Ed essendo gli Efesj ed i Milesj occupati, nel culto questi di Apollo, quelli di Diana, la scelta pendea tra i Sardiani e gli Smirnesi. I Sardiani allegarono un decreto dei Toscani, come congiunti seco di sangue. *Tirreno e Lido figliuoli del Re Ati* (54) *avendo diviso per lo gran numero il popolo, questo essersi fermato nel paese natìo, concesso a quello di fondar nuove città. Quindi da Lido in Asia, da Tirreno in Italia cognominate lor genti. Esser di nuovo cresciuti i Lidj, e molti d'essi passati in Grecia, la quale ebbe poi da Pelope il nome*. Rammentarono ancora lettere d'Imperadori, e leghe fatte con noi nella guerra de' Macedoni, fiumi fertili, clima temperato, ricche terre all'intorno.

LVI. Ma gli Smirnesi rammentata l'antica loro origine, o l'avesser da Tantalo figliuol di Giove, o da Teseo pur di stirpe divina, o da

didisset, *transcendere ad ea, quîs maxime fidebant, in populum Romanum officiis, missa navali copia, non modo externa ad bella, sed quæ in Italia tolerabantur*: seqne primos templum urbis Romæ statuisse, M. Porcio consule; magnis quidem jam Romani populi rebus, nondum tamen ad summum elatis; stante adhuc Punica urbe, et validis per Asiam regibus. *Simul* L. Sullam testem *adferebant*, gravissimo in discrimine exercitus, ob asperitatem hiemis, et penuriam vestis, cum id Smyrnam in concionem nuntiatum foret, omnes, qui adstabant, detraxisse corpori tegmina, nostrisque legionibus misisse. *Ita rogati sententiam patres, Smyrnæos prætulere: censuitque Vibius Marsus*, ut M. Lepido, cui ea provincia obvenerat, super numerum legaretur, qui templi curam susciperet: *et quia Lepidus ipse deligere per modestiam abnuebat, Valerius Naso, e prætoriis, sorte missus est.*

una delle Amazoni, passarono alla principal ragione fondata sui meriti col popolo Romano, cui con navali forze sovvennero non pur nelle guerre straniere, ma in quelle ancora d'Italia: *aver essi i primi fondato un tempio alla città di Roma sotto il consolato di M. Porcio, quando la potenza del popolo Romano era grande sì, ma non somma, essendo ancor Cartagine in fiore, i Re dell' Asia potenti. Esser testimonio L. Silla d' essersi essi spogliati delle proprie vesti per mandarle alle sue legioni, tostochè in un parlamento di Smirne si riseppe, che intirizzite dal freddo non aveano di che coprirsi*. Onde i padri interrogati prescelsero gli Smirnesi: e Vibio Marso propose, che a M. Lepido, a cui quella provincia era toccata, si aggiungesse un legato (55) straordinario, che prendesse cura del tempio; e perchè Lepido per sua modestia nol volle scegliere, fu tratto a sorte un de' già stati pretori, Valerio Nasone.

Tiberius in Campaniam secedit. Ibi repentino lapidum lapsu periclitantem, opposito corpore, periculo eximit Sejanus, ex eo major, et adversus Germanici stirpem audacior.

LVII. *Inter quæ, diu meditato, prolatoque sæpius consilio, tandem Cæsar iit Campaniam, specie dedicandi templa apud Capuam Jovi, apud Nolam Augusto, sed certus procul Urbe degere. Causam abscessus, quamquam secutus plurimos auctorum, ad Sejani artes retuli: quia tamen, cæde ejus patrata, sex postea annos pari secreto conjunxit, plerumque permoveor, num ad ipsum referri verius sit, sævitiam ac libidinem, cum factis promeret, locis occultantem. Erant, qui crederent, in senectute corporis quoque habitum pudori fuisse: quippe illi prægracilis et incurva proceritas, nudus capillo vertex, ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta: et Rhodi secreto, vitare cœtus, recondere voluptates insuerat. Traditur etiam, matris impotentia extrusum, quam dominationis sociam aspernabatur, neque depellere poterat, cum dominationem ipsam donum ejus accepisset. Nam dubitaverat Augustus, Germanicum, sororis ne-*

Tiberio si ritira in Campania, dove Sejano colla sua persona lo salva dal pericolo d'una ruina di sassi: quindi diviene più potente ed ardito contro la famiglia di Germanico.

LVII. Finalmente Cesare, dopo molto pensare e differire, andò in Campania sotto pretesto di dedicare un tempio a Giove in Capua, ad Augusto in Nola, ma risoluto di star lungi da Roma. Ho ascritto seguendo l'autorità di molti questa partenza agli artificj di Sejano; ma siccome dopo l'uccisione di lui seguitò a viver sei anni nel medesimo ritiro, mi viene spesso dubbio, se debba piuttosto dirsi sua risoluzione, per ricoprire co'luoghi la crudeltà e disonestà che mostrava co'fatti. Credettero alcuni, che divenuto vecchio si vergognasse ancora di sua bruttezza: avea corpo alto, sottile e curvo, fronte calva, ulceri ed empiastri in viso: anche nel ritiro di Rodi amava la solitudine, nascondeva i piaceri. Dicesi ancora che lo spingesse a partire la prepotenza della madre, cui non poteva nè soffrir compagna nell'impero nè cacciarnela, avendolo ricevuto in dono da lei. Perocchè Augusto pensava di lasciarlo a Germanico nipote di sua sorella e

potem, et cunctis laudatum, rei Romanæ imponere: sed precibus uxoris evictus, Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adscivit. Idque Augusta exprobrabat, reposcebat.

LVIII. *Profectio arcto comitatu fuit: unus senator, consulatu functus, Coccejus Nerva, cui legum peritia; eques Romanus, præter Sejanum, ex inlustribus, Curtius Atticus: ceteri liberalibus studiis præditi, ferme Græci, quorum sermonibus levaretur. Ferebant periti cælestium,* iis motibus siderum excessisse Roma Tiberium, ut reditus illi negaretur: *unde exitii causa multis fuit, properum finem vitæ conjectantibus, vulgantibusque: neque enim tam incredibilem casum* (a) *providebant, ut undecim per annos libens patria careret. Mox patuit breve confinium artis et falsi; veraque quam obscuris tegerentur: nam in Urbem non regressurum, haud forte dictum: ceterorum nescii egere, cum propinquo rure, aut litore, et sæpe mœnia Urbis adsidens, extremam senectam compleverit.*

LIX. *Ac forte illis diebus oblatum Cæsari anceps periculum, auxit vana rumoris: præbuitque ipsi materiem, cur amicitiæ constantiæque Sejani magis fideret. Vescebantur in*

(a) *Tam incredibilem casum*. Ita codex unicus et veteres editi. Vitiose recentiores *causam*.

approvato da tutti ; ma vinto dalle preghiere della moglie adottò a Tiberio Germanico, a sè Tiberio; e questo dono Augusta gli rinfacciava, ridomandavagli questo.

LVIII. Pochi lo seguirono: tra i senatori Coccejo Nerva (56) stato consolo, e buon giureconsulto: tra i cavalieri di conto oltre Sejano, Curzio Attico: gli altri erano letterati, quasi tutti Greci, per ricrearlo coi loro discorsi. Dicevan gli astrologi, che il moto delle stelle quando partì era contrario al suo ritorno; ciò che a molti, che congetturarono quindi e divulgarono la vicina sua morte, costò la vita: perocchè non previdero il tanto incredibil caso d'una volontaria lontananza da Roma per undici anni. Si conobbe poi quanto coll'arte d'indovinare confini il falso, ed oscura sia la verità: chi disse che non sarebbe tornato disse vero: ma niuno previde, ch'ei trattenendosi nelle ville o spiagge vicine, e spesso presso le mura di Roma, sarebbe giunto all'estrema vecchiezza.

LIX. Un pericolo che Cesare corse in quei giorni accrebbe le vane voci, e diede a lui occasione di maggiormente fidarsi dell'amicizia e fedeltà di Sejano. Mangiavano in una villa

villa, cui vocabulum Speluncæ, *mare Amuclanum inter Fundanosque montes, nativo in specu: ejus os, lapsis repente saxis, obruit quosdam ministros: hinc metus in omnes, et fuga eorum, qui convivium celebrabant. Sejanus genu, vultuque, et manibus super Cæsarem suspensus, opposuit sese incidentibus: atque habitu tali repertus est a militibus, qui subsidio venerant. Major ex eo; et quamquam exitiosa suaderet, ut non sui anxius, cum fide audiebatur. Adsimulabatque judicis partes adversus Germanici stirpem, subditis, qui accusatorum nomina sustinerent, maximeque insectarentur Neronem, proximum successioni, et quamquam modesta juventa, plerumque tamen, quid in præsentiarum conduceret, oblitum; dum a libertis et clientibus, apiscendæ potentiæ properis, exstimulatur*, ut erectum et fidentem animi ostenderet (a): velle id populum Romanum: cupere exercitus: neque ausurum contra Sejanum, qui nunc patientiam senis, et segnitiam juvenis juxta insultet.

(a) *Ut erectum ac fidentem animi ostenderet*. Subauditur *se*, idque vividum magis, quam si cum Pichena legas *animum*.

chiamata *Spelonca* (57) tra il mare d'Amicla e i monti di Fondi entro una grotta naturale; la cui bocca, staccatisi all'improvviso i sassi, rovinò addosso ad alcuni servi: s' atterrirono tutti, e i commensali fuggirono. Sejano incurvatosi sopra Cesare coi ginocchi, col volto, colle mani gli fece di sè riparo alla ruina: e in tal positura fu ritrovato dai soldati accorsi in ajuto. Quindi crebbe; e i suoi consigli benchè perniciosi eran docilmente ascoltati, come d'un uomo non curante di sè. E facendo ad altri sostenere le veci di accusatori contro i figliuoli di Germanico, ei faceva da giudice (58): era preso massimamente di mira il giovane Nerone prossimo a succedere, e modesto sì, ma non attento a regolarsi secondo il tempo, perchè stimolato dai liberti e clienti, avidi di presto farsi potenti, a mostrarsi pronto ed animoso: *esser questo il volere del popolo, il desiderio degli eserciti*: *nè Sejano, che or si burlava della pazienza del vecchio e della lentezza del giovane, avrebbe osato resistergli*.

Neronem adgreditur.

LX. *Hæc atque talia audienti, nihil quidem pravæ cogitationis, sed interdum voces procedebant contumaces, et inconsultæ; quas adpositi custodes exceptas auctasque cum deferrent, neque Neroni defendere daretur, diversæ insuper sollicitudinum formæ oriebantur* (a). *Nam alius occursum ejus vitare: quidam, salutatione reddita, statim averti: plerique inceptum sermonem abrumpere; insistentibus contra inridentibusque, qui Sejano fautores aderant. Enimvero Tiberius torvus, aut falsum renidens vultu: seu loqueretur, seu taceret juvenis, crimen ex silentio, ex voce: ne nox quidem secura, cum uxor vigilias, somnos, suspiria matri Liviæ, atque illa Sejano patefaceret: qui fratrem quoque Neronis, Drusum, traxit in partes, spe objecta principis loci, si priorem ætate et jam labefactum demovisset. Atrox Drusi ingenium, super cupidinem potentiæ, et solita fratribus odia, accendebatur invidia, quod mater Agrippina promptior Neroni erat: neque tamen Sejanus ita Drusum fovebat, ut non in eum quoque semina futuri exitii meditare-*

(a) *Oriebantur*. Nempe Neroni, cum videret quosdam *occursum ejus vitare ec.* Immerito locus hic visus est mutilus Acidalio.

Assale Nerone.

LX. Ciò ascoltando Nerone non macchinava niente di male: solo alle volte si lasciava uscir di bocca parole superbe ed incaute, che raccolte ed ingrandite dalle spie messegli addosso, gli cagionavano, non potendo scolparsi, varj disgusti. Chi scansava il suo incontro, chi renduto il saluto fuggiva: molti troncavano l'incominciato discorso: i fautori di Sejano gli si fermavano incontro e lo deridevano. Tiberio il guardava con volto o torvo o sogghignante: era reo se parlava, reo se taceva: neppur la notte era sicuro, perchè la moglie rivelava alla madre Livia se vegliava, o dormiva, o sospirava, e questa a Sejano: il qual trasse al partito ancor Druso fratel di Nerone colla speranza del primo luogo, se ne avesse rimosso l'altro maggior di età e già vacillante. L'indole fiera di Druso non che dalla ambizion di regnare e dall'odio solito tra fratelli, era accesa ancor dall'invidia, perchè la madre Agrippina era più parziale per Nerone. Nè già Sejano favoriva talmente Druso, che non pensasse a rovinar ancor lui: sapeva

tur ; gnarus præferocem, et insidiis magis opportunum.

LXI. *Fine anni excessere insignes viri, Asinius Agrippa* (a), *claris majoribus quam vetustis, vitaque non degener ; et Q. Haterius, familia senatoria, eloquentiæ, quoad vixit, celebratæ: monimenta ingenii ejus haud perinde retinentur. Scilicet impetu magis, quam cura vigebat : utque aliorum meditatio et labor in posterum valescit, sic Haterii canorum illud et profluens cum ipso simul exstinctum est.*

An. U. C. DCCLXXX. Aer. Chr. 27.

Apud Fidenas amphitheatri casu quinquaginta hominum millia debilitata, vel obtrita.

LXII. *M. Licinio, L. Calpurnio consulibus, ingentium bellorum cladem æquavit malum improvisum. Ejus initium simul et finis exstitit. Nam cœpto apud Fidenas amphitheatro, Atilius quidam libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret* (b), *neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit : ut qui non*

(a) *Asinius Agrippa*. Quem Lipsius censet filium Asinii Galli, cujus pater Pollio ab Augusto in lucem provectus.

(b) *Celebraret*, i. e. frequens efficeret, at majorem hominum

quanto era feroce e più facile ad esser tradito.

LXI. Sul fin dell' anno morirono due grandi uomini. Asinio Agrippa non tralignante dai suoi maggiori più illustri che antichi; e Q. Aterio di famiglia senatoria, e celebrato finchè visse per eloquenza: ma non sono egualmente celebrati i suoi scritti. Valeva in lui più l'impeto che l' arte; e siccome lo studio e la fatica rende altri immortali, così quella canora e fluida facondia morì con lui.

Anni di Roma DCCLXXX. di Cristo 27.

Cinquantamila persone restano storpiate o schiacciate sotto le ruine d'un anfiteatro in Fidene.

LXII. Nel consolato di M. Licinio e L. Calpurnio un'improvvisa disgrazia uguagliò la strage delle guerre più grandi. Incominciata finì. Un certo Atilio libertino fece in Fidene un anfiteatro, i cui fondamenti non eran sodi, e le travi sovrapposte debolmente connesse; come colui che voleva dare uno spettacolo di gladiato-

multitudinem ad spectaculum inliceret: non enim videtur spectatores admisisse gratuito: unde infra recte Pichena legit *in sordidam mercedem*.

abundantia pecuniæ, nec municipali ambitione, sed in sordida mercede id negotium quæsivisset. Adfluxere avidi talium, imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, virile ac muliebre secus (a), *omnis ætas, ob propinquitatem loci effusius: unde gravior pestis fuit, conferta mole, dein convulsa, dum ruit intus, aut in exteriora effunditur: immensamque vim mortalium, spectaculo intentos, aut qui circum adstabant, præceps trahit, atque operit. Et illi quidem, quos principium stragis in mortem adflixerat, ut tali sorte* (b), *cruciatum effugère. Miserandi magis, quos, abrupta parte corporis, nondum vita deseruerat; qui per diem visu, per noctem ululatibus et gemitu, conjuges aut liberos noscebant. Jam ceteri fama exciti, hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari: etiam quorum, diversa de causa, amici aut necessarii aberant, pavere tamen; neque dum comperto, quos illa vis perculisset, latior ex incerto metus.*

LXIII. *Ut cœpere dimoveri obruta, concursus ad exanimos, complectentium, osculantium: et sæpe certamen, si confusior facies, et par forma, aut ætas, errorem adgnoscentibus fe-*

(a) *Virile ac muliebre secus.* Ita distincte exhibet codex unicus, teste Jac. Gronovio, eamque dictionis formam hic asseruit J. F Gronovius, et apud Livium 26, 47.

(b) *Ut tali sorte.* Quantum in tali fortuna, felices, qui cruciatum effugerint.

ri, non per soprabbondante denaro o per municipale ambizione, ma per ritrarne un vergognoso guadagno. I Romani avidi, ma privi di tali spettacoli sotto Tiberio, v'accorsero d'ogni sesso ed età, e per la vicinanza del luogo in maggior numero: onde la fabbrica caricata di gente crollò; e rovinando di dentro e precipitando di fuori, con tanto maggiore strage trasse seco e coprì sotto le ruine immensa folla di spettatori e di circostanti. Quei che morirono i primi fuggirono almeno in sì gran disgrazia una morte tormentosa. Più compassionevoli eran coloro che storpiati seguitavano a vivere; e di giorno vedevano le lor mogli e figliuoli, li riconoscevan di notte ai sospiri ed agli urli. Gli altri corsi alla fama, chi piangeva il fratello, chi l'amico, chi i genitori: anche chi aveva per altra cagione lontani gli amici o i congiunti, pure temeva; e finchè non riseppesi chi era morto sotto quella ruina, l'incertezza accresceva il timore.

LXIII. Nel muovere le ruine tutti accorrevano ad abbracciare, a baciare i lor morti: contrastando spesso fra loro per error nato o da visi sformati, o da simile età, o da pari fattezze.

cerat. Quinquaginta hominum millia eo casu debilitata, vel obtrita sunt. Cautumque in posterum senatusconsulto, ne quis gladiatorum munus ederet, cui minor quadringentorum millium (a) res; neve amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ. *Atilius in exsilium actus est. Ceterum sub recentem cladem patuere procerum domus, fomenta, et medici passim præbiti: fuitque Urbs per illos dies, quamquam mæsta facie, veterum institutis similis, qui magna post prælia saucios largitione et cura sustentabant.*

Romæ deustus mons Cælius.

LXIV. *Nondum ea clades exoleverat, cum ignis violentia Urbem ultra solitum adfecit, deusto monte Cælio*: feralemque annum *ferebant*, et ominibus adversis susceptum Principi consilium absentiæ, *qui mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes; ni Cæsar obviam isset, tribuendo pecunias ex modo detrimenti. Actæque ei grates apud senatum ab inlustribus, famaque apud populum, quia sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam, et ultro accitos, munificentia juverat. Adduntur sen-*

(a) *Quadringentorum millium* sestertiûm, Libellarum Tur. 50000.

Cinquantamila furono in quella ruina o storpiati o schiacciati. Il senato provvidde all'avvenire con un decreto: *che niuno che avesse meno di quattrocento mila sesterzj desse spettacoli di gladiatori, nè si facesse anfiteatro se non sopra un suolo di riconosciuta stabilità*. Atilio fu esiliato. Essendo ancor fresca la strage i grandi aprirono le lor case somministrando medici e medicine: e Roma in que' giorni quantunque afflitta imitò il costume degli antichi, i quali dopo le grandi battaglie sostentavano con generosa cura i feriti.

Monte Celio arso in Roma.

LXIV. Si parlava ancora di questa strage, quando un incendio violento bruciando il monte Celio danneggiò Roma più che mai: ferale dicevan esser quell'anno, e malagurata la risoluzion di partire presa dal Principe; incolpandolo, come fa il volgo, de' casi fortuiti; se non che egli sopì queste voci col somministrare denari a misura dei danni. Fu ringraziato nel senato dai grandi, nel popolo dalla comun voce, per aver colla sua munificenza senza ambizione o preghiere d'amici ajutato, e mandato a chiamare le persone anche ignote. Fu anche pro-

tentiæ, *ut mons Cælius in posterum* Augustus *appellaretur* : *quando*, *cunctis circum flagrantibus*, *sola Tiberii effigies*, *sita in domo Junii senatoris*, *inviolata mansisset*. Evenisse id olim Claudiæ Quinctæ, ejusque statuam, vim ignium bis elapsam, majores apud ædem Matris deûm consecravisse : sanctos acceptosque numinibus Claudios : et augendam cærimoniam loco, in quo tantum in Principem honorem dii ostenderint.

LXV. *Haud fuerit absurdum tradere*, *montem eum antiquitus* Querquetulanum *cognomento fuisse*, *quod talis silvæ frequens*, *fecundusque erat* : *mox* Cælium *appellitatum a Cæle Vibenna*, *qui dux gentis Etruscæ*, *cum auxilium ad bella ductavisset* (a), *sedem eam acceperat a Tarquinio Prisco*, *seu quis alius regum dedit*. *Nam scriptores in eo dissentiunt* : *cetera non ambigua sunt*, *magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitavisse*, *unde* Tuscum vicum *e vocabulo advenarum dictum*.

LXVI. *Sed ut studia procerum*, *et largitio Principis*, *adversum casum solatium tulerant*; *ita accusatorum major in dies et infestior vis*

(a) *Cum auxilium ad bella ductavisset*. Alii legunt, *Cum auxilium appellatum ductavisset*. Hos e conjectura Ferreti : nam codex habet, *cum auxilium appellatum tavisset*. Lipsius, deleta voce *appellatum*, e linea superiori frustra repetita, legebat *tum*

posto che il monte Celio si chiamasse in avvenire *Augusto*: poichè arsa ogni cosa all' intorno la sola statua di Tiberio situata in casa del senator Giunio rimase intatta. *Esser già lo stesso accaduto alla statua di Claudia Quinta* (59) *scampata due volte dall' incendio; e perciò dai maggiori consagrata nel tempio della madre degli Dei. Santi essere i Claudj ed accetti ai Numi: doversi accrescere venerazione a quel luogo, dove gli Dei avevan tanto onorato il Principe.*

LXV. Non sarà fuor di proposito il dire che quel monte fu anticamente chiamato *Querquetolano* per esser pieno e fertile di querce: poi Celio da Cele Vibenna capitan degli Etruschi, che per aver ajutato in guerra Tarquinio Prisco, o altro dei Re (nel che discordan gli autori) ottenne per sè e per le numerose sue genti (e questo è certo) l' abitazione in quel monte e nel piano vicino al foro: onde dal loro nome quella contrada fu chiamata *Toscana* (60).

LXVI. Ma come le premure de' grandi e la liberalità del Principe aveano alleggerito queste disgrazie, così la violenza degli accusatori ogni

auxilium tulisset. Faernus, probante Ursino emendabat *appellatus tulisset*. Denique Ryckius conjiciebat, *cum auxilium ad bellum tulisset*.

sine levamento grassabatur : corripueratque Varum Quinctilium divitem, et Cæsari propinquum, Domitius Afer, Claudiæ Pulchræ, matris ejus, condemnator; nullo mirante, quod diu egens, et parto nuper præmio male usus, plura ad flagitia accingeretur. Publium Dolabellam socium delationis exstitisse, miraculo erat, quia claris majoribus, et Varo connexus, suam ipse nobilitatem, suum sanguinem perditum ibat. Restitit tamen senatus, et opperiendum Imperatorem *censuit: quod unum urgentium malorum suffugium in tempus erat.*

In insulam Capreas se abdit Tiberius. Sejanus apertis adversum Agrippinam et Neronem insidiis grassatur.

LXVII. *At Cæsar dedicatis per Campaniam templis, quamquam edicto monuisset,* ne quis quietem ejus inrumperet, *concursusque oppidanorum disposito milite prohiberentur; perosus tamen municipia, et colonias, omniaque in continenti sita, Capreas se in insulam abdidit, trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii disjunctam. Solitudinem ejus*

giorno più crescendo incrudeliva senza sollievo. Domizio Afro dopo aver fatto condannar Claudia Pulcra (61) assalì anche il di lei figlio Varo Quintilio ricco e parente di Cesare: nè recò meraviglia, che avendo costui dopo una lunga povertà dissipato il recente guadagno, si accingesse a nuove scelleratezze: ben fu sorprendente che Publio Dolabella d' illustre famiglia e congiunto di Varo s' unisse con Domizio nell' accusa, e distruggesse esso stesso la sua nobiltà ed il suo sangue. Il senato opponendosi fu di parere che si aspettasse l' Imperadore: che questo era in quel tempo l' unico scampo dagl' imminenti mali.

Tiberio si nasconde nell' isola di Capri. Aperte insidie di Sejano contro Agrippina e Nerone.

LXVII. Cesare dedicati i tempj in Campania, benchè avesse bandito che niuno interrompesse la sua quiete, e posto guardie per impedire il concorso de' terrazzani; pure infastidito de' municipj, delle colonie e di tutto il continente, si nascose nell' isola di Capri tre miglia distante dall' estremità del capo di Sorrento. Gli piacque, cred' io, la solitudine, e il mar senza por-

placuisse maxime crediderim, quoniam importuosum circa mare, et vix modicis navigiis pauca subsidia (a) *; neque adpulerit quisquam, nisi gnaro custode. Cœli temperies hieme mitis, objectu montis, quo sæva ventorum arcentur: æstas in Favonium obversa, et aperto circum pelago peramœna; prospectabatque pulcherrimum sinum, antequam Vesuvius mons ardescens faciem loci verteret. Græcos ea tenuisse, Capreasque Telebois habitatas, fama tradit. Sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus, et molibus insederat; quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultos in luxus, et malum otium resolutus. Manebat quippe suspicionum et credendi temeritas, quam Sejanus augere etiam in Urbe suetus, acrius turbabat, non jam occultis adversum Agrippinam et Neronem insidiis. Quis additus miles, nuntios, introitus, aperta, secreta, velut in annales referebat: ultroque struebantur, qui monerent* perfugere ad Germaniæ exercitus, vel celeberrimo fori effigiem divi Augusti amplecti, populumque ac senatum auxilio vocare. *Eaque, spreta ab illis, velut pararent, objiciebantur.*

(a) *Subsidia*. Loca in quibus naves subsidere, et stationem suffugiaque habere possent.

ti e la spiaggia che in pochi luoghi riceve appena piccoli legni, e non senza esser veduti dalle guardie. Un monte opposto all' impeto de' venti vi rendeva dolce l' inverno; e la situazione volta a ponente e 'l mare aperto all'intorno amenissima l' estate: vi si godeva inoltre la vista d' un bellissimo golfo prima che il Vesuvio colle sue fiamme mutasse faccia a quel luogo (62). È fama che i Greci quei paesi, e i Teleboi abitassero Capri. Era allora Tiberio occupato nella costruzione e ne' nomi di dodici ville (63); quanto prima inteso alle pubbliche cure, tanto ora in segrete lascivie e in tristo ozio perduto. Poichè non lasciava di credere temerariamente ai sospetti, che Sejano avvezzo ad ingrandirli anche in Roma, tanto più eccitavali allora, che tendeva già apertamente insidie ad Agrippina e a Nerone; facendoli guardar da' soldati, che a guisa di annalisti registrassero le ambasciate, le visite, i fatti palesi e segreti: commetteva anche ad altri che li consigliassero a fuggir tra gli eserciti della Germania, o ad abbracciare, quando il foro era pieno, la statua d' Augusto, e chiamare il popolo ed il senato in ajuto. Ricusavan di far tali cose, e n' erano, come se le tramassero, accusati.

An. U. C. DCCLXXXI. Aer. Chr. 28.

Titius Sabinus ob amicitiam Germanici ipsis Calendis Januarii punitur.

LXVIII. *Junio Silano et Silio Nerva consulibus, fœdum anni principium incessit, tracto in carcerem inlustri equite Romano, Titio Sabino, ob amicitiam Germanici: neque enim omiserat conjugem, liberosque ejus percolere, sectator domi, comes in publico, post tot clientes unus; eoque apud bonos laudatus, et gravis iniquis. Hunc Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petitius Rufus, M. Opsius, prætura functi, adgrediuntur, cupidine consulatus; ad quem non nisi per Sejanum aditus: neque Sejani voluntas, nisi scelere, quærebatur. Compositum inter ipsos, ut Latiaris, qui modico usu Sabinum contingebat, strueret dolum, ceteri testes adessent: deinde accusationem inciperent. Igitur Latiaris jacere fortuitos primum sermones: mox laudare constantiam,* quod non, ut ceteri, florentis domus amicus, adflictam deseruisset: *simul honora de Germanico, Agrippinam miserans, disserebat. Et*

Anno di Roma DCCLXXXI. *di Cristo* 28.

Tizio Sabino per l'amicizia di Germanico punito al primo dell' anno.

LXVIII. L'anno in cui furono consoli Giunio Silano e Silio Nerva, ebbe un funesto principio. Tizio Sabino illustre cavaliere Romano fu tratto in carcere per l'amicizia di Germanico: solo dopo tanti amici avea continuato a corteggiar la sua moglie e figliuoli in casa e fuori: perciò lodato dai buoni, mal veduto dai cattivi. Lo assalgono Latinio Laziare, Porcio Catone, Petizio Rufo, M. Opsio stati pretori, per avidità del consolato, al quale non si arrivava se non per la grazia di Sejano, e questa non guadagnavasi se non coi delitti. Si convenne fra loro che Laziare, il quale era alquanto familiare di Sabino, ordisse l'inganno, gli altri fossero testimoni: poi s'incominciasse l'accusa. Laziare adunque dopo i discorsi introdotti con lui come a caso, lodò la sua costanza, perchè amico di quella casa nella felicità non l'avesse come gli altri abbandonata nella disgrazia: parlò poi con molta stima di Germanico, con compassion d'Agrippina. E poichè Sabino inteneri-

postquam Sabinus, ut sunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas, junxit questus; audentius jam onerat Sejanum, sævitiam, superbiam, spes ejus: ne in Tiberium quidem convicio abstinet. Iique sermones, tamquam vetita miscuissent, speciem arctæ amicitiæ facere (a). *Ac jam ultro Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, dolores suos, quasi ad fidissimum, deferre.*

LXIX. *Consultant, quos memoravi, quonam modo ea plurium auditu acciperentur. Nam loco, in quem coibatur, servanda solitudinis facies, et si pone fores adsisterent, metus visus, sonitus, aut forte ortæ suspicionis erat. Tectum inter et laquearia, tres senatores, haud minus turpi latebra, quam detestanda fraude, sese abstrudunt; foraminibus et rimis aurem admovent. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum et in cubiculum trahit: præteritaque et instantia, quorum affatim copia, ac novos terrores cumulat. Eadem ille, et diutius; quanto mœsta, ubi semel prorupere, dif-*

(a) *Speciem arctæ amicitiæ facere*. Lege cum Mureto *fecere*.

to, come nelle calamità accade agli animi umani, pianse ed alle lagrime aggiunse le querele; fatto allora più ardito biasimò la crudeltà, la superbia, le speranze di Sejano: nè si astenne dal dir male ancor di Tiberio. Discorsi tanto gelosi strinser fra loro una specie di confidenza. E già Sabino egli stesso cercava Laziare, ne frequentava la casa, gli comunicava, come a fidissimo amico, i suoi disgusti.

LXIX. Consultano i quattro suddetti, come potesser da molti ascoltarsi tali discorsi. Al luogo, dove facevansi, er' uopo serbar l' apparenza di solitudine; e se gli avessero dietro l' uscio origliati, temean d' esser veduti od intesi, o di cader comunque in sospetto. Tra il tetto adunque ed il soffitto in un nascondiglio non meno vituperoso della detestabil lor frode s'appiattano i tre senatori, e alle fessure e ai forami appressan l' orecchio. Frattanto Laziare trovato per via Sabino, come per istruirlo di nuove cose lo tira in casa ed in camera: ripete le cose passate, parla delle imminenti, che ve n' eran pur molte, aggiunge nuovi sospetti. Torna anche Sabino a dir lo stesso, e tanto più a lungo quanto è più difficile il tacer i suoi guai, quando s' è cominciato a sfogarli una vol-

ficilius reticentur. Properata inde accusatio, missisque ad Cæsarem literis, ordinem fraudis, suumque ipsi dedecus narravere. Non alias magis anxia et pavens civitas, egens adversum proximos (a); *congressus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari: etiam muta atque inanima, tectum et parietes circumspectabantur.*

LXX. *Sed Cæsar, sollemnia incipientis anni, Calendis Januariis, epistola precatus, vertit in Sabinum,* corruptos quosdam libertorum et petitum se *arguens, ultionemque haud obscure poscebat: nec mora, quin decerneretur: et trahebatur damnatus, quantum, obducta veste, et adstrictis faucibus, niti poterat, clamitans,* sic inchoari annum, has Sejano victimas cadere. *Quo intendisset oculos, quo verba acciderent, fuga, vastitas: deseri itinera, fora: et quidam regrediebantur, ostentabantque se rursum, id ipsum paventes, quod timuissent.* Quem enim diem vacuum pœna, ubi inter sacra et vota, quo tempore verbis etiam profanis abstineri mos esset, vincla et laqueus inducantur? Non imprudentem Tiberium tantam invidiam adiisse: quæsitum meditatumque, ne quid

(a) *Egens adversum proximos*. Jac. Gronovius interpretatur *egens* fide, qua societas nititur: sed placet Mureti conjectura, pro *egens*, *etiam* reponentis. Neque spernenda est Lipsii correctio addentis unam litterulam, legentisque *tegens* pro *egens* eo sensu, quo Cicero pro Roscio inquit: *tecti esse ad alienos possumus: socium vero fallere qui possumus?*

ta. Ciò fatto affrettan l'accusa, e scrivono a Cesare narrando essi stessi per ordine la lor frode e vergogna. Non mai altre volte fu Roma più sollecita ed atterrita; non si credeva ai congiunti, si scansavan le visite, i colloquj, le note, le ignote orecchie: davan sospetto perfino i muti tetti e le insensate pareti.

LXX. Cesare nelle calende di Gennajo scrisse al senato; e dopo i buoni augurj soliti farsi al principio dell'anno (64), incolpò Sabino di aver corrotto contro di sè alcuni liberti, e ne chiese apertamente vendetta, la qual sul momento fu decretata. Sabino tratto a morte, benchè avesse il capo coperto e strette le fauci, gridava quanto poteva: *così cominciarsi l'anno; queste esser le vittime svenate a Sejano*. Ovunque rivolgeva il volto o la voce, fuga, solitudine, strade e piazze vote: e alcuni tornavano indietro a farsi veder di nuovo, temendo d'aver temuto. *E qual giorno*, dicean tra sè, *passerà senza supplicio, se in questo, in cui son vietate perfino le parole profane, le manette e i capestri confondonsi coi sacrificj e coi voti? non a caso Tiberio s'è tirato addosso tant'odio: si è proposto di mostrare*,

impedire credatur, quominus novi magistratus, quomodo delubra et altaria, sic carcerem recludant. *Secutæ insuper literæ, grates agentis*, quod hominem infensum reipublicæ punivissent: *adjecto*, trepidam sibi vitam, suspectas inimicorum insidias, *nullo nominatim compellato: neque tamen dubitabatur, in Neronem et Agrippinam intendi.*

Mors Juliæ, Augusti neptis.

LXXI. *Ni mihi destinatum foret, suum quæque in annum referre, avebat animus, anteire, statimque memorare exitus, quos Latinius atque Opsius, ceterique flagitii ejus repertores habuere, non modo postquam C. Cæsar rerum potitus est, sed incolumi Tiberio: qui scelerum ministros, ut perverti ab aliis nolebat, ita plerumque satiatus, et oblatis in eamdem operam recentibus, veteres et prægraves adflixit. Verum has atque alias sontium pœnas, in tempore trademus. Tum censuit Asinius Gallus, cujus liberorum Agrippina matertera* (a) *erat*, petendum a Principe, ut metus suos senatui fateretur, amoverique sineret. *Nullam æque Tiberius, ut rebatur, ex virtutibus suis, quam*

(a) *Liberorum Agrippina Matertera*. Nam Vipsania Tiberii primum, dein Galli uxor, et Agrippina, eodem patre genitæ, matre diversa, hæc Juliæ, illa Pomponiæ filia.

che nulla può impedire i nuovi magistrati dall' aprire così la carcere, come i delubri e gli altari. Scrisse poi ringraziando il senato dell' aver punito un nemico della repubblica; aggiungeva esser egli in timore per le insidie de' suoi nemici: non nominava alcuno, ma era chiaro che alludeva ad Agrippina e a Nerone.

Morte di Giulia nipote d' Augusto.

LXXI. Se io non mi fossi proposto di riferire ogni cosa nel suo anno, sarei volentieri passato innanzi a raccontare la fine che fecero Latino ed Opsio (65) e gli altri inventori di questa ribalderia, non solo sotto l' impero di C. Cesare, ma di Tiberio medesimo, il qual siccome non voleva ch' altri perseguitasse i ministri delle sue scelleraggini, così molte volte opprimeva esso stesso i vecchi venutigli a noja, e si serviva dei nuovi che gli si offrivano. Ma del castigo di questi e d' altri ribaldi parleremo a suo tempo. Allora Asinio Gallo cognato d' Agrippina propose di chiedere al Principe che manifestasse al senato i suoi timori, e gli permettesse di liberarnelo. Più delle altre virtù, che credeva d' avere, amava Tiberio la dissimula-

19 *

dissimulationem diligebat: eo ægrius accepit, recludi, quæ premeret: sed mitigavit Sejanus, non Galli amore, verum ut cunctationes Principis aperirentur: gnarus, lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere. Per idem tempus Julia mortem obiit, quam neptem Augustus, convictam adulterii, damnaverat, projeceratque in insulam Trimetum, haud procul Apulis litoribus. Illic viginti annis exsilium toleravit, Augustæ ope sustentata: quæ florentes privignos cum per occultum subvertisset, misericordiam erga adflictos palam ostentabat.

Frisii rebellant, et ægre repressi.

LXXII. *Eodem anno Frisii, transrhenanus populus, pacem exuere, nostra magis avaritia, quam obsequii impatientes. Tributum iis Drusus jusserat modicum, pro angustia rerum,* ut in usus militares, coria boum penderent: *non intenta cujusquam cura, quæ firmitudo, quæ mensura, donec Olennius, e primipilaribus, regendis Frisiis impositus,* terga urorum *delegit, quorum ad formam acciperentur. Id aliis quoque nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur, quis ingentium bellua-*

zione: tanto più gli dispiacque che si volesse scoprire ciò ch' ei teneva coperto; se non che calmollo Sejano, non per amor di Gallo, ma per indurlo a svelare i suoi sospetti (66); sapendo che se dopo lungo pensare prorompeva in brusche minacce, passava tosto a fatti atroci. In questo tempo morì Giulia nipote d' Augusto, da lui per adulterio confinata nell' isola di Tremiti vicino ai lidi della Puglia: ove tollerò per venti anni l' esilio sostentata da Augusta; la quale avendo occultamente rovinato i figliastri felici, mostrava in pubblico di compatire le lor disgrazie.

Ribellione dei Frisj repressa a stento.

LXXII. Nel medesimo anno i Frisj, nazione oltre il Reno, rupper la pace più per l' avarizia de' nostri che per impazienza di soggezione. Druso attesa la lor povertà impose ad essi un picciol tributo di cuoja bovine per gli usi della guerra (67): niun badava a solidità o misura; finchè Olennio, uno de' primipili, loro governatore ne determinò la forma secondo alcune pelli di Uri (68) scelte da lui. Era questo gravoso anche ad altre nazioni, ma più ai Germani, che molte grandi bestie han nelle

rum feraces saltus , modica domi armenta sunt . Ac primo boves ipsos , mox agros , postremo corpora conjugum aut liberorum , servitio tradebant . Hinc ira et questus ; et postquam non subveniebatur , remedium ex bello : rapti , qui tributo aderant , milites , et patibulo adfixi . Olennius infensos fuga prævenit , receptus castello , cui nomen Flevum : *et haud spernenda illic civium sociorumque manus litora Oceani præsidebat* (a) .

LXXIII. *Quod ubi L. Apronio , inferioris Germaniæ proprætori , cognitum , vexilla legionum e superiore provincia , peditumque et equitum auxiliarium delectos accivit : ac simul utrumque exercitum , Rheno devectum , Frisiis intulit ; soluto jam castelli obsidio , et ad sua tutanda digressis rebellibus . Igitur proxima æstuaria aggeribus et pontibus , traducendo graviora agmini , firmat : atque interim , repertis vadis , alam Canninefatem , et quod peditum Germanorum inter nostros merebat , circumgredi terga hostium jubet : qui jam acie compositi pellunt turmas sociales , equitesque legionum subsidio missos . Tum tres leves cohortes ; ac rursum duæ ; dein tempore interje-*

(a) *Litora Oceani præsidebat* . Sic Ann. 3, 39. *Is proximum exercitum præsidebat* .

selve, ma in casa armenti minuti. Dieder prima i bovi stessi, poi le campagne, finalmente per ischiavi i figli e le mogli. Quindi lo sdegno e le querele; le quali non attese ricorsero alla guerra, strascinando ed affiggendo al patibolo i soldati che riscuotevano il tributo. Olennio si salvò colla fuga in un castello chiamato *Flevo*, dove un forte presidio di cittadini e di alleati guardava le coste dell' Oceano.

LXXIII: Al primo avviso L. Apronio propretore (69) della Germania inferiore, chiamate dalla superiore le squadre delle legioni, e i fanti e cavalli più scelti degli ausiliari, spinse per lo Reno l' uno e l' altro esercito nella Frisia; essendo i ribelli, sciolto l' assedio del castello, già tornati a difendere il lor paese. Mentre assodava con argini e ponti le vicine lagune incomode alla marcia dell' esercito, trovati i guadi mandò una banda di cavalli Canninefati e la fanteria de' Germani, che militava co' nostri, a sorprendere alle spalle il nemico; il quale già schierato in buon ordine rispinge le truppe degli alleati e i cavalli delle legioni mandati in soccorso. Allora spinse innanzi tre coorti leggiere, poi altre due, e poco dopo la cavalleria

cto, alarius eques (a) *immissus; satis validi, si simul incubuissent: per intervallum adventantes, neque constantiam addiderant turbatis, et pavore fugientium auferebantur. Cethego Labeoni, legato quintæ legionis, quod reliquum auxiliorum, tradit: atque ille, dubia suorum re, in anceps tractus, missis nuntiis, vim legionum implorabat. Prorumpunt quintani ante alios, et acri pugna hoste pulso, recipiunt cohortes alasque fessas vulneribus. Neque dux Romanus ultum iit, aut corpora humavit; quamquam multi tribunorum præfectorumque, et insignes centuriones cecidissent. Mox compertum a transfugis, nongentos Romanorum apud lucum, quem* Baduhennæ *vocant, pugna in posterum extracta, confectos: et aliam quadringentorum manum, occupata Cruptoricis, quondam stipendiarii, villa, postquam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuisse.*

LXXIV. *Clarum inde inter Germanos Frisium nomen: dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret. Neque senatus in eo cura, an imperii extrema dehonestarentur: pavor internus occupaverat animos, cui remedium adulatione quærebatur. Ita, quamquam diversis super rebus consulerentur,* aram Clementiæ,

(a) *Alarius eques*. Equitibus legionum, qui Romani erant, opponuntur alarii equites, qui ex sociis:

degli alleati: tutti uniti avrebbero prevaluto; ma giungendo pochi per volta non solo non fecero voltar faccia ai fuggitivi, ma furono trasportati da essi. Consegna il resto degli ausiliari a Cetego Labeone legato della quinta legione, il qual tratto a mal partito per lo scompiglio de' suoi spedisce messi ad implorare la forza delle legioni. Si slancian prima degli altri i Quintani, e rispinto coraggiosamente il nemico salvano i cavalli ed i fanti indeboliti dalle ferite. Nè il capitano Romano corse alla vendetta, nè seppellì i morti, benchè molti di questi fosser tribuni e prefetti e centurioni distinti. Si seppe poi dai fuggiti che novecento Romani combattendo fino al dì seguente furono trucidati nella selva detta *Baduenna*: e che altri quattrocento occupata la villa di Cruttorice già nostro soldato, s'erano per timore di tradimento uccisi l'un l'altro.

LXXIV. Acquistarono i Frisj in questa guerra gran nome presso i Germani; e Tiberio ne dissimulò i danni per non affidarla ad alcuno. Il senato non curante d'un disonor ricevuto nei confini dell'impero, cercava nell'adulazione il rimedio all'interno spavento che l'occupava; onde benchè consultato su diversi affari, propose un'ara alla Clemenza (70), una all'Ami-

aram Amicitiæ; effigiesque circum Cæsaris ac Sejani *censuere*: *crebrisque precibus efflagitabant*: visendi sui copiam facerent. *Non illi tamen in Urbem, aut propinqua Urbi degressi sunt: satis visum, omittere insulam, et in proximo Campaniæ aspici: eo venire patres, eques, magna pars plebis, anxii erga Sejanum, cujus durior congressus, atque eo per ambitum, et societate consiliorum parabatur. Satis constabat, auctam ei adrogantiam, fœdum illud in propatulo servitium spectanti: quippe Romæ sueti discursus; et magnitudine Urbis incertum, quod quisque ad negotium pergat. Ibi campo, aut litore jacentes, nullo discrimine, noctem ac diem, juxta gratiam, aut fastus janitorum perpetiebantur: donec idque* (a) *vetitum, et revenere in Urbem trepidi, quos non sermone, non visu dignatus erat: quidam male alacres, quibus infaustæ amicitiæ gravis exitus imminebat.*

Agrippina, Germanici filia, Cn. Domitio nupta.

LXXV. *Ceterum Tiberius neptem Agrippinam, Germanico ortam, cum coram Cn. Do-*

(a) *Donec idque*. Lege cum Mureto *id quoque*.

cizia, colle statue intorno di Cesare e di Sejano, aggiungendo calde e spesse suppliche, che tornassero a farsi vedere. Essi però non tornarono nè in Roma nè vicino a Roma: bastò loro uscir dall' isola e farsi vedere nella vicina Campania. V' accorsero padri, cavalieri, plebei in gran numero, anziosi d' aver udienza da Sejano, il quale quanto più difficilmente la dava, tanto essi più per averla univan fra loro e pratiche e consigli. Questa pubblica viltà gli accrebbe senza dubbio l' orgoglio: perocchè in Roma non si bada a chi va, a chi viene; e per la grandezza della città non si sanno le altrui faccende. Ivi giacendo senza distinzione su i campi, sul lido, giorno e notte soffrivano egualmente il favore che il fasto dei portieri: finchè vietato anche questo, quei che non furon degnati d' essere uditi o veduti tornaron tremanti a Roma; e male imbaldanziti coloro, cui l' infausta amicizia a funesto fin riserbava.

Agrippina figlia di Germanico maritata a Gn. Domizio.

LXXV. Tiberio avendo sposato in sua presenza a Gn. Domizio Agrippina di Germanico

mitio tradidisset, in Urbe celebrari nuptias jussit. In Domitio, super vetustatem generis, propinquum Cæsaribus sanguinem delegerat. Nam is aviam Octaviam, et per eam Augustum avunculum præferebat (a).

(*a*) *Is aviam Octaviam . . . . præferebat*. Quia filius L. Domitii ex Antonia minore, Antonii triumviri et Octaviæ filia. Hujus ergo major avunculus Augustus, imperator Nero filiu-

sua nipote, volle che le nozze si celebrassero in Roma. Scelse Domizio perchè era non solo di antica famiglia, ma parente de' Cesari: eragli avola Ottavia, e per lei zio Augusto.

BREVIARIUM
LIBRI QUINTI.

I. Julia Augusta moritur. II. Ex eo gravior Tiberii dominatio; audacior Sejani ambitio. Agrippina et Nero accusantur. (Ingenti literarum damno periere omnia triennii acta.) *VII. Everso tandem Sejano, in amicos ejus et liberos advertitur. X. Pseudo-Drusus apud Cycladas visus. XI. Consulum discordia.*

Hæc triennio fere gesta.

An. U. C. Ær. Chr.

DCCLXXXII.	29.	*COSS.*	*L. Rubelio Gemino.* *C. Fufio Gemino.*
DCCLXXXIII.	30.	*COSS.*	*M. Vinicio.* *L. Cassio Longino.*
DCCLXXXIV.	31.	*COSS.*	*Tiberio Augusto V.* *L. Ælio Sejano.*

SOMMARIO

DEL LIBRO QUINTO.

I. Morte di Giulia Augusta. II. Il governo di Tiberio più pesante; l'ambizion di Sejano più audace. Agrippina e Nerone accusati. (*Quì con grave danno delle lettere manca la storia di tre anni.*) VII. La ruina di Sejano trae seco quella de'suoi amici e figliuoli. X. Un falso Druso veduto nelle Cicladi. XI. Discordia de' Consoli.

Comprende tre Anni.

Anni di Roma,	di Cristo		
DCCLXXXII.	29.	CONSOLI	L. Rubellio Gemino. C. Fufio Gemino.
DCCLXXXIII.	30.	CONSOLI	M. Vinicio. L. Cassio Longino.
DCCLXXXIV.	31.	CONSOLI	Tiberio Augusto V. L. Elio Sejano.

An. U. C. DCCLXXXII. Aer. Chr. 29.

Julia Augusta moritur.

I. *Rubellio et Fufio consulibus, quorum utrique Geminus cognomentum erat, Julia Augusta mortem obiit, ætate extrema, nobilitatis per Claudiam familiam, et adoptione Liviorum Juliorumque clarissimæ. Primum ei matrimonium et liberi fuere cum Tiberio Nerone, qui bello Perusino profugus, pace inter Sex. Pompejum ac triumviros pacta, in Urbem rediit. Exin Cæsar, cupidine formæ, aufert marito, incertum an invitam, adeo properus, ut ne spatio quidem ad enitendum dato, penatibus suis gravidam induxerit. Nullam posthac subolem edidit: sed sanguini Augusti, per conjunctionem Agrippinæ et Germanici, adnexa, communes pronepotes habuit: sanctitate domûs priscum ad morem, comis ultra quam antiquis feminis probatum, mater impotens* (a), *uxor facilis, et cum artibus mariti simulatione filii bene composita. Funus ejus modicum, testa-*

(a) *Mater impotens*. Plus æquo indulgens potentiæ filii, cui adversus domum mariti, et adversus rempublicam, et adversus nepotem ex modestiore filio, omni bono maloque modo favit ac servivit. Grenovius.



Anni di Roma DCCLXXXII. *di Cristo* 29.

Morte di Giulia Augusta .

I. Nel consolato di Rubellio e di Fufio, amendue Gemini, morì Giulia Augusta in età decrepita (1), nobilissima per la famiglia de' Claudj da cui nacque, e de' Livj e de' Giulj (2) in cui fu adottata. Ebbe figli dal primo marito Tiberio Nerone, che fuggitivo nella guerra Perugina, fatta poi la pace tra Sesto Pompeo e i Triumviri, tornò in Roma. Augusto poi innamorato di sua bellezza la tolse (forse non suo malgrado) al marito con tanta fretta, che neppure aspettato il parto la condusse gravida in casa. Non partorì altri figli: ma congiunta per le nozze d' Agrippina e Germanico al sangue d' Augusto, ebbe seco i pronipoti comuni (3). Visse in casa colla integrità degli antichi costumi, ma piacevole più che non avrebber lodato le donne antiche: madre orgogliosa (4), moglie pieghevole, alle voglie del marito adattatasi colla simulazione del figlio. Il funerale fu

mentum diu inritum fuit: laudata est pro rostris a C. Cesare pronepote, qui mox rerum potitus est.

Ex eo gravior Tiberii dominatio; audacior Sejani ambitio. Agrippina et Nero accusantur.

II. *At Tiberius, quod supremis in matrem officiis defuisset, nihil mutata amœnitate vitæ,* magnitudinem negotiorum *per literas excusavit: honoresque memoriæ ejus ab senatu large decretos, quasi per modestiam, imminuit, paucis admodum receptis, et addito,* ne cælestis religio decerneretur, sic ipsam maluisse. *Quin et parte ejusdem epistolæ increpuit* amicitias muliebres, *Fufium consulem oblique perstringens. Is gratia Augustæ floruerat, aptus alliciendis feminarum animis, dicax idem, et Tiberium acerbis facetiis inridere solitus: quarum apud præpotentes in longum memoria est.*

III. *Ceterum ex eo prærupta jam et urgens dominatio: nam incolumi Augusta, erat adhuc perfugium; quia Tiberio inveteratum erga matrem obsequium, neque Sejanus audebat auctoritati parentis anteire. Tunc velut frenis exsoluti proruperunt: missæque in Agrippinam de*

moderato, vano per gran tempo il testamento il pronipote C. Cesare, che fu poi Imperadore, lodolla dai rostri.

Il governo di Tiberio più pesante;
l' ambizion di Sejano più audace.
Agrippina e Nerone accusati.

II. Ma Tiberio niente cangiata l' amenità della vita, scrisse che la grandezza degli affari gli aveva impedito d' intervenire ai funerali della madre; e ammessi pochi, quasi per modestia, dei molti onori decretati a lei dal senato, soggiunse che non s' onorasse con culto celeste: così aver essa voluto. In un luogo della lettera riprese ancora le donnesche amicizie, pungendo obbliquamente il consolo Fufio, che fatto potente per la grazia d' Augusta, atto a cattivarsi le femmine, e linguacciuto beffeggiava Tiberio con acerbi motti, de' quali i grandi conservano durevol memoria (5).

III. Da questo tempo crebbe violentemente l' asprezza del suo dominio: perchè vivente Augusta v' era a chi ricorrere: inveterato nel figlio era il rispetto per lei, nè ardiva Sejano sollevarsi sopra l' autorità della madre. Allora quasi sciolti dal freno si scagliaron contro Agrip-

Neronem literæ, quas pridem adlatas, et cohibitas ab Augusta, credidit vulgus: haud enim multum post mortem ejus recitatæ sunt. Verba inerant quæsita asperitate: sed non arma, non rerum novarum studium; amores juvenum, et impudicitiam *nepoti objectabat*: *in nurum ne id quidem confingere ausus*, adrogantiam oris et contumacem animum *incusavit*, *magno senatus pavore ac silentio*: *donec pauci, quís nulla ex honesto spes, et publica mala singulis in occasionem gratiæ trahuntur*, ut referretur, *postulavere*, *promptissimo Cotta Messalino cum atroci sententia*: *sed aliis a primoribus, maximeque a magistratibus, trepidabatur*: *quippe Tiberius, etsi infense invectus, cetera ambigua reliquerat*.

IV. *Fuit in senatu Junius Rusticus, componendis patrum actis delectus a Cæsare, eoque meditationes ejus introspicere creditus. Is fatali quodam motu (neque enim ante specimen constantiæ dederat) seu prava solertia, dum, imminentium oblitus, incerta pavet, inserere se dubitantibus, ac monere consules*, ne relationem inciperent (a): *disserebatque*, brevibus momentis summa verti posse; quandoque Germanici stirpem, ubi spatium pœnitentiæ se-

(a) *Ne relationem inciperent*. Ne rem istam ad deliberandum proponerent.

pina e Nerone; e giunse lettera, che il volgo credette mandata già prima, ma trattenuta da Augusta: poichè fu letta poco dopo la sua morte. Era scritta con istudiata asprezza; e rinfacciava al nipote non armi, non desio di novità, ma lascivi amori di giovani: alla nuora non ardiva appor questo, ma volto arrogante, anima superba. I padri temettero e ammutolirono: finchè pochi di coloro, che nulla sperando dalle buone azioni, traggon ciascuno dai pubblici mali occasione di farsi merito, richiesero che la causa si proponesse; e Cotta Messalino tenea già pronta atroce sentenza: ma i principali e massimamente i magistrati tremavano; essendo le parole di Tiberio fiere nelle invettive, arcane nel resto.

IV. V' era in senato Giunio Rustico scelto da Cesare a registrar gli atti de' padri, e perciò creduto consapevole de' suoi pensieri. Costui o per fatale impulso (non avendo prima dato alcun segno di costanza), o per maliziosa destrezza, mentre dimentico degl' imminenti pericoli (6) teme gl' incerti, si frammischia ai dubbiosi, ed esorta i consoli a non proporre la causa: *potere le grandi cose in un momento cangiarsi, e risorgere un giorno la stirpe di Germanico, se il vecchio avesse spazio a pen-*

nis (a), resurgere. *Simul populus, effigies Agrippinæ ac Neronis gerens, circumsistit curiam, festisque in Cæsarem ominibus*, falsas literas, et Principe invito exitium domui ejus intendi, *clamitat: ita nihil triste illo die patratum. Ferebantur etiam sub nominibus consularium fictæ in Sejanum sententiæ; exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum: unde illi ira violentior et materies criminandi*: spretum dolorem Principis ab senatu: descivisse populum; audiri jam et legi novas conciones, nova patrum consulta: quid reliquum, nisi ut caperent ferrum? et quorum imagines pro vexillis secuti forent, duces imperatoresque deligerent?

V. *Igitur Cæsar, repetitis adversum nepotem et nurum probris, increpitaque per edictum plebe, questus apud patres*, quod fraude unius senatoris imperatoria majestas elusa publice foret, integra tamen sibi cuncta *postulavit: nec ultra deliberatum, quo minus, non quidem extrema decernerent, id enim vetitum, sed* paratos ad ultionem vi principis impediri *testarentur* . . . .

(a) *Quandoque Germanici stirpem, ubi spatium pœnitentiæ senis*. Alii legunt, *Quandoque Germanicis titium pœnitentiæ senis*. Desperata plane lectio, quam nimis audaciter mutavit Rhenanus in *dandumque interstitium pœnitentiæ senis*, quod in textum receptum secuti sunt editores usque ad Rychium: sed in hac emendatione negligitur vox *Germanicis*, de quibus aliquid hoc loco esse

tirsi. Anche il popolo portando intorno alla curia le immagini di Agrippina e Nerone, e ben augurando a Cesare grida: *esser falsa la lettera, e macchinarsi a dispetto del Principe la ruina di sua famiglia*: così niun' aspra risoluzione fu presa in quel giorno. Giravano ancora sotto nomi di consolari finti pareri contro Sejano: mettendosi così al coperto, tanto più fieramente si sfogavano i caldi ingegni: ma tanto più ancora in lui cresceva lo sdegno e la materia delle accuse: *disprezzarsi dal senato i disgusti del Principe: ribellarsi il popolo, ascoltarsi e leggersi nuove aringhe, nuovi decreti de' padri: che altro restare che prender le armi, e quei scerre capi ed Imperadori, alle cui immagini quasi ad insegne van dietro?*

V. Cesare adunque replicati i rimproveri contro il nipote e la nuora, ripresa con bando la plebe, e dolutosi co' padri, che per frode d'un senatore fosse pubblicamente schernita l' imperial maestà, richiamò nondimeno a sè tutta la causa. Fu risoluto allora di protestare ch' eran pronti a punirli (fuorchè colla morte, ch' era vietato); ma che il Principe gl'impediva... (7).

debuit; unde Ernesto probabile videtur Tacitum scripsisse *dandumque in Germanicis*, scilicet in ea re quæ ad liberos Germanici pertineat, *spatium pœnitentiæ senis*. Infra pro *festisque ominibus*, mallet Acidalius *faustisque ominibus*.

An. U. C. DCCLXXXIV. Aer. Chr. 31.

VI. *Quatuor et quadraginta orationes super ea re habitæ, ex quis ob metum paucæ, plures adsuetudine, ...* mihi pudorem, aut Sejano invidiam allaturum censui . . . . versa est fortuna, et ille quidem, qui collegam et generum adsciverat, sibi ignoscit: ceteri, quem per dedecora fovere, cum scelere insectantur . . . . miserius sit ob amicitiam accusari, an amicum accusare, haud discreverim . . . . non crudelitatem, non clementiam cujusquam experiar, sed liber et mihi ipsi probatus anteibo periculum. Vos obtestor, ne memoriam nostri per mœrorem quam (a) læti retineatis, adjiciendo me quoque iis, qui fine egregio publica mala effugerunt.

Everso tandem Sejano, in amicos ejus et liberos advertitur.

VII. *Tunc singulos, ut cuique adsistere, adloqui animus erat, retinens* (b) *, aut dimittens, partem diei absumpsit; multoque adhuc cœtu,*

(a) *Per mœrorem, quam.* Subintellige ex sensu, *magis*, *potius*, quas voces Tacitus frequenter supprimit.

(b) *Retinens.* Eos scilicet quibus animus erat adsistere ipsi: *dimittens*: quibus satis erat ipsum breviter alloqui.

Anni di Roma DCCLXXXIV. *di Cristo* 31.

VI. Quarantaquattro aringhe furon tenute su questo proposito (8): poche per paura, molte per usanza.... *Credetti recare vergogna a me, o malevolenza a Sejano.... Si cangiò la fortuna; e colui, che se l'era scelto a collega e genero* (9), *non condanna sè stesso: gli altri di svergognati fautori son divenuti malvagi persecutori di lui..... Non saprei dire se sia maggior miseria l'essere per amicizia accusato, o l'accusare l'amico..... Non tenterò la crudeltà o la clemenza d'alcuno, ma libero e contento di me stesso preverrò il pericolo. Vi prego a conservare anzi lieta che trista memoria di me, annoverando me ancor fra coloro, che con morte onorata fuggirono i pubblici mali.*

La ruina di Sejano trae seco quella de' suoi amici e figliuoli.

VII. Indi ritenendo, o licenziando chi volea seco trattenersi o parlare, consumò parte del giorno; e attorniato ancora da molti, che am-

et cunctis intrepidum vultum ejus spectantibus, cum superesse tempus novissimis crederent, gladio, quem sinu abdiderat, incubuit. Neque Cæsar ullis criminibus, aut probris, defunctum insectatus est, cum in Blæsum multa fœdaque incusavisset.

VIII. *Relatum inde de P. Vitellio et Pomponio Secundo: illum indices arguebant*, claustra ærarii, cui præfectus erat, et militarem pecuniam rebus novis obtulisse: *huic a Considio, prætura functo, objectabatur* Aelii Galli amicitia, qui, punito Sejano, in hortos Pomponii, quasi fidissimum ad subsidium, perfugisset. *Neque aliud periclitantibus auxilii, quam in fratrum constantia fuit, qui vades exstitere: mox, crebris prolationibus, spem ac metum juxta gravatus Vitellius, petito per speciem studiorum scalpro* (a), *levem ictum venis intulit, vitamque ægritudine animi finivit. At Pomponius, multa morum elegantia et ingenio inlustri, dum adversam fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit.*

IX. *Placitum posthac*, ut in reliquos Sejani liberos adverteretur; *vanescente quamquam plebis ira, ac plerisque per priora supplicia lenitis. Igitur portantur in carcerem, filius immi-*

(a) *Petito per speciem studiorum scalpro.* Sic vocat instrumentum, quo studiosi pennas acuunt aut aptant.

miravano il fermo suo volto, nè lo credevan sì presso a darsi la morte, si abbandonò sul pugnale che tenea nascosto nel seno. Cesare non si scagliò contro il morto, come già contro Bleso (10), con accuse ed ingiurie.

